3 1761 08825145 9

Burmann

~~F. 115.~~
J. 74. 6.

LGr
P648M

Pindar
Carmina
Vol. 2.

ANNOTATIONIS CRITICAE SUPPLEMENTUM

AD PINDARI OLYMPIAS

SCRIPSIT

CAR. IOH. TYCHO MOMMSEN
GYMN. MOENOFRANCOF. DIRECTOR

353332
28. 7. 38.

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MDCCCLXIV

OLYMPIA I.

10 Molesta quinquaginta amplius codicum enumeratione opus esse videbatur, ut refutarentur ea quae editores quidam de hoc loco male edocti disputant. Accusativum enim non solum optimi mss. praestant, sed nullum alium casum Sch. Vett. ADU etc. legerunt, quum quaererent utrum ἱκομένους subiecti loco ad κελαδεῖν pertineret an potius per enallagen casuum cum αὐδάσομεν copulandum esset. Neque alium casum explicavit Sch. Thom. Iam quum explicandi causa nominativus suprascriptus esset, devenit in quorundam vett. mss. textum, unde pendet recensio Moschopulea. Hic grammaticus non sine aliqua probabilitate dativum nominativo praeposuit, quanquam non decrevit, sed in Commentario perpetuo et nominativum et dativum explicavit. Hinc mss. quoque Moschopuleorum inter utrumque casum fluctuatio orta est; Triclinius autem dativum praetulisse videtur. Quodsi tertius casus in duobus vett. (quos amici meum in usum inspexerunt) et in duobus Thom. invenitur, aut interpolatione (in RΣΠ passim manifesta) factum est aut vitiosa ea est scriptura. Hm. igitur recte monuerat ἱκομένους cum κελαδεῖν coniunctum multo magis poeticum esse quam ceteras lectiones. Quod idem V.Cl. postea ad dativum Moschopuleum tuendum attulit Homericum ψυχὴ Τειρεσίαο, χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, nec perinde est, quum σοφῶν μητίεσσι non sit mera circumscriptio personae, nec lyricae dictioni aptum, quae anacoluthias eiusmodi non amat.

Alexandrinorum dissensio non de lectione erat, sed de verborum structura. Ambigebant utrum, distinctione maiore post κελαδεῖν posita, Κρόνου παῖδα per appositionem ad Ἑστίαν applicandum esset, audaci prosopopoeia; an, distinctione deleta,

obiectum esset verbo κελαδεῖν. Contra illos disputat Thom. Κρόνου παῖδ᾽ οἱ μὲν πρὸς τὸ ἑστίαν συντάττουσι, ληροῦντες κτλ. (quae in Tricl. immutata leguntur), de sententia veterum (Didymi?), quorum verba (in aliis traiecta et male aucta) ita exhibet A: Κρόνου παῖδ᾽ ἐς ἀφνεάν. ἰστέον ὅτι τὸ ἱπποτροφεῖν πλουσίων. τὸ δὲ ἱκομένους ἀντὶ τοῦ παραγενόμενοι λέγει. τῇ γὰρ αἰτιατικῇ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς χρῆται. ὅπερ οὐκ οἶμαι λόγον ἔχειν. ἔστι μὲν οὖν καὶ τὴν ἑστίαν δέξασθαι Κρόνου [παῖδα], καθότι πρόκειται. βέλτιον δὲ οὕτω δέξασθαι· εἰς τὴν τοῦ Ἱέρωνος ἐλθόντας ἑστίαν, τὸν τοῦ Κρόνου παῖδα Δία ὑμνεῖν. πιθανώτερον γάρ, τῆς νίκης Ὀλυμπιακῆς οὔσης, τὸν Ὀλύμπιον Δία παρὰ τῷ Ὀλυμπιονίκῃ ὑμνεῖσθαι. Unde colligimus hos Alexandrinos traditam accepisse distinctionem post κελαδεῖν maiorem, sed — nam verba ὅπερ οὐκ οἶμαι λόγον ἔχειν non Thomae sunt sed vett. alicuius, puto Didymi vel Didymeorum diasceuastae — non sine causa et prosopopoeiam „Saturni filiam opulentam, beatam Hieronis Ἑστίαν“ et verbis ὅθεν — κελαδεῖν a reliqua oratione interclusis participii enallagen improbasse. Vere in A et in Ro. ita distinctum est μητίεσσι, κελαδεῖν. Κρόνου παῖδ᾽ ἐς ἀφνεάν et in OUΘ*n* similiter; plurimorum interpunctio aut (ut in DFQΣΦ*f* Ald.) nulla est, aut (Vμ′ etc.) nostrae convenit, quam primus dedit Ceporinus.

23 Vulgatum accusativum non invenimus nisi in libris interpolatis. Interpolationem testari videtur gl. marg. Z οὕτω χρὴ τὸ κῶλον τοῦτο γράφειν διὰ τὸ μέτρον, nisi haec ad vs. 24 pertinent. Omnes meliores libri et genitivum et formam ab ἱππιο incipientem praestant; in U supra ιο gl. vet. ἡ δευτέρα ἀπὸ (lege αἱ δύο ἀντὶ) μιᾶς βραχείας, de qua re cf. ad O. II, 97. Vett. igitur eam lectionem tradunt. quae testibus Sch. AB „nonnullorum“ Alexandrinorum, Didymo antiquiorum, fuit; Byzantii autem quod accusativum dederunt, de sententia Didymi vel Aristonici fecerunt. In quo mihi quoque acquiescendum esse videtur, quanquam, ut metrum sibi constet, vs. 52 Moschopulea emendatione ἄπορα opus est, et Συρακοσίων βασιλεύς usui poetae melius convenire videtur quam Συρακόσιος βασιλεύς (cf. exempla a Ky. allata et Nem. V, 27). Sed hoc poetice dictum esse potest ut Ὀλύμπιος ἁγεμών, Ἀργεία αἰχμά, Ἑλλὰν στρατός, ad similitudinem aliorum Μοισαῖον ἅρμα, Αἰάντειος βωμός, Κυκνεία μαχά, Δεινομένειε παῖ. Ergo vs. 81. et 110. ut traditam lectionem moveamus non persuadet Ky. Caeterum ἱππιοχ- etiam in Sch. AU (in B non leguntur haec) apparet, nisi

quod in U semel ἱπποχαρμᾶν inveni. Συρακόσιον cum δεσπόταν iunctum (Sw.) vel ideo displicet, quod vett. critici nihil eiusmodi intellexerunt, sed τὸν ἑαυτοῦ δεσπόταν interpretati sunt, et de sequentibus verbis quaesiverunt utrum Hiero rex Syracusanus an Aetnensis appellari debuerit.

24 In Sch. Vet. ubi Ro. Q aliique Θέτιδα habent, ABU Θέμιν, ut ex nonnullorum poetarum s. mythologorum opinione non Thetis, sed Themis humerum Pelopis comederit.

28 Iam Alexandrini utrum θαύματα (θαῦμα τά?) an θαυματά scriberent dissidebant. Moschop. non solum in textu θαῦμα scripsit sed idem explicavit in Comm. ὄντως ἔκπληξις τὰ πλείω τῶν πραγμάτων, idemque gl. Tricl. (Thom?) ὄντως ἔκπληξις ὑπάρχει indicat. Sed gl. Mosch. est ὄντως ἄξια θαύματος καταπολύ, quod ad θαυματά pertinet. Germ. utrumque explicat; Eustath. et Io. Gramm. θαυματά ex Pindaro laudant. — Ad φάτις pertinet gl. ἡ φήμη, quae non solum in NQUΦ supra φάτις sed etiam in ΣΞ supra φρένας adscripta legitur, ut in his textui repugnet; eodem pertinet altera gl. ἱστορίας in NO et tertia Φρένας in FN, in quo ultimo codice tres glossae adscriptae sunt. — Altera lectio φρένας interpolatione, opinor, in deteriores quosdam vett. et Thomanos invecta est. Tricliniana notula εὕρηται ἔν τινι παλαιῷ τόδε. ἔστι κρεῖττον. in μ'ν' ita collocata est ut ambiguum sit utrum ad θαῦμα ταπολλὰ an ad φρένας referatur. — In mss. igitur duae tantum lectiones reperiuntur, φάτις in vett., φρένας in recc. Nam vulg. Ro. φρένα in nullo est scripto; φάτιν quod Bö. ex Sch. invexit in nullo nisi quod Z (ex eodem fonte haustum) ν supra ς posuit; φάψας in O a. c. vitiose; φασὶ v. l. in marg. A ita

γράφεται καὶ φασί. ἐν τῷ συντά[γματι] γὰρ συντάσσεται καὶ τὰς φάτις. συντάσσεται δὲ καὶ φασίν, ἀντὶ τοῦ λέγουσιν.

Id quo pertineat ostendit Sch. ABCD etc., si mecum restituas, ita Καί που τι καὶ βροτῶν φάτις. τὸ σαφές· καὶ δὴ οἱ λόγοι εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων, φασὶν, οἵτινες, ποικίλων λόγων τεχνάσμασιν εἰς τὸ ἀπατῆσαι τοὺς ἀκούοντας πεποικιλμένοι, ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον ἐξαπατᾶν δύνανται. Ibi φησίν est in A Ro.. sed φασίν in BOU. Hic interpres, accusativo τοὺς ἀκούοντας ad ἐξαπατῶντι subaudito, βροτῶν μῦθοι iunxit, et aut φασίν scripsit aut (quod veri similius est) nominativum φάτις pro φάτις ἐστίν i. e. φασίν dictum esse voluit, quocum consentit gl. φήμη. Iam pergit Sch. ἔνιοι δὲ φάτις ἀντὶ τοῦ φρένας τῶν ἀνθρώπων ἀπατῶσιν οἱ ψευδεῖς λόγοι. Legitur ibi φάτιν

in ABU, φησίν in AI, sed neutrum verum esse puto. Nam non de lectione sed de interpretatione loqui videtur grammaticus, ex qua nonnulli accusativum φάτις i. e. φάτιας cum βροτῶν copulatum de verbo ἐξαπατῶντι pendere voluerint. φάτις autem quo iure φρένας significare dixerint nos latet, sed eodem redit gl. Hesych. δόξα, neque aliud sensisse videtur Sch. P. III, 112 cum ἀνθρώπων φάτις γιγνώσκομεν per ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, i. e. δόξαι (opiniones) ἡμῶν exponeret, mira sane verborum structura. Hinc orta est gl. φρένας, qua arrepta textum sanasse sibi visi sunt Byzantii. Simili ratione gl. marg. A φασίν pro lectione vendidit, cum interpretamentum esset nominativi φάτις. — Scholia igitur, recte intellecta et emendata, nihil exhibent lectionis nisi quod in omnibus mss. habemus φάτις, cuius formae ambiguitas interpretes vexavit, ut φάτις P. III, 112 et πόλις O. X, 17. Accusativum esse crediderim φάτις, correpta ultima (cf. Buttm. Gr. Gr. I, p. 186. 206.), et aut δόξας aut ἱστορίας significare. Iam si θαυματά legis, hoc dicit poeta: Sane mirabilia multa, et est etiam ut supra veram narrationem mendaciis exornatae fabulae hominum sermones (opiniones) fallant. — Si θαῦμα, ita: Sane admirandi saepenumero et aliquando etiam, puto, garriendi cupiditatem hominum fabulae supra veram narrationem mendaciis exornatae decipiunt. — Sed hac ratione transitus a miraculo modo narrato minus commodus. — Durior et magis perplexa esset structura, si (cf. Hm. Op. VI, 35.) φάτις pro nominativo vel sing. vel plur. acciperes, ut τοὺς ἀκούοντας subaudires. Ht. φρασίν invexit, nimis confidenter. Cur metro mutato φάτις stare non possit, vs. 115. ostendit.

29 In BD etc. (non in A) invenitur paraphr. δεδαιδαλμένοις ψεύδεσι καὶ ποικίλοις, in Σ gl. πεποικιλμένοις. Sed nominativum, qui longe praestat, et rell. mss. et Sch. AB supra laudatum tuentur. Cave coniicias δεδαιδαλμένῳ — μύθῳ, quod pulchrae periodi vim everteret.

41 Ex CDFNPQ coniicias χρυσέαις καὶ ἐν (ἄν') ἵπποις, hyperbato pro καὶ ἄν' ἱ. χ. Sed et optimi libri καί omittunt, et si quid movendum, Sm. coniecturam χρυσέαισί τ' ἄν' cum Ox. Hy. Be. Ky. accipere praestat ut faciliorem. Vide etiam O. VIII, 71 simili modo κ male intrusum in V. Olim χρυσέαισί σ' ἄν' conieceram quod nunc vel ob sigmatismum (cf. O. IX, 17.) displicet. Nec melius nuper χρυσέαισιν ἄν' ἵπποις θ' coniectum est.

48 Scholia Vetera (AU etc.) εἰς ὕδωρ ἀκμαίως ζέον, εἰς θερμόν,

κατὰ μέλη τεμόντες, ἐμβεβλήκασιν. Et quod ἀμφὶ ὕδωρ minus recte dictum est, et repetitio eiusdem praepositionis vs. 50 facit ut Byzantiorum commentum metricum reiiciamus. Sine dubio ΕΠ ex ΕΙΣ corruptum. Poeta εἰς ante vocalem, ubi longa syllaba opus est, sexies admittit.

50 Librarius codicis V quum primo impetu ἀμφιδεύματα scripsisset, statim ab errore se revocavit, suprascripto τ et addito accentu, ut sit ἀμφὶ δεύτατα. Idem vs. 8 male πολύφαμος pro πολύφατος scripserat. W errorem repetiit, ἀμφὶ δεύματα scribens, correctionis immemor, quam meliora eiusdem libri apographa XYZ recte attenderunt. Apud Athen. ll. δευρα i. e. δεύτερα codd. ABP, unde Ht. δαιτρὰ portiones, quod invexit, firmare non poterat, nam Athenaeus hoc Pindari loco utitur, ut apud antiquos secundas mensas usuvenisse ostendat. Glossemata rarissimae vocis δεύτατα in aliis alia: ὕστερα. μεμερισμένα A τὰ εἰς πολλὰς μερίδας διατμηθέντα FN λεπτότερα P σμικρότατα Π μικρότατα k εἰς μικρότατα v (ex Comm. Mosch.) ἔσχατα Z χεῖρας. πόδας. καὶ κεφαλὴν U τὰ περιβεβρεγμένα τῷ ἔντος τοῦ λέβητος ὕδατι ἐν ᾧ ἥψοντο Z^bΣμ′ν′ Etiam Sch. diversa interpretamenta habent (vide etiam Germ. Sch. p. 7), sed A hoc solum comma: καὶ τὸ τελευταῖον ἐν ταῖς τραπέζαις παραθέντες καὶ μερίδας ποιήσαντες βεβρώκασιν. Quae quum antiquissima huius loci interpretatio esse videatur, pluris est quam reliquae. Primum eo nos ducit ut τραπέζαισί τ' ἀμφὶ iungamus. Pindarus dativum et accusativum promiscue huic praepositioni iungit, ut ἀμφὶ Πηνεϊόν et ἀμφ' Ἀχέροντι vel nullo vel saltem perexiguo discrimine dicat. Igitur quum plerumque ἀμφὶ τράπεζαν inveniatur, nulla tamen offensio est in ἀμφὶ τραπέζαις. Deinde Sch. A (et gl. ὕστερα) δεύτατα adverbii loco positum et κρεῶν διεδάσαντο (ut κρεῶν μοῖραν παρατιθέναι, κρεῶν ὀπτῆσαι) partitivo quem dicunt genitivo dictum esse indicat, ut dii postremo (zuletzt, am Ende gar) carnium portiones distribuisse et comedisse dicantur, quod mihi simplicissimum et toti narrationis tenori atque dignitati aptissimnm esse videtur. Cave autem ne cum Athen. δ' scribas, nam τε-τε dichotomiae est, quum duo sint quae maledici evulgant, et dissecta membra coctaque esse, et (secundo loco) distributas carnes comesasque. Nam ut mittam ea quae contra librorum auctoritatem invecta sunt (ἀμφίδευτα τὰ Pw. δευτὰ τὰ Boiss. δεύματα Bö. Di.): si secundae mensae fercula (Sch. Athen.) intelligerentur, ubi sunt primae? si extremitates

(Sch. Hm.), nisi consulto obscurior oratio est, cur κρεῶν adiectum? — vide Sw. — si ultima carnium frusta (Ra.), quomodo hoc cum διεδάσαντο concordaret, ad quod quum transitus a coquendo fieret, potius prima frusta memorata esse exspectares? nam postquam cocta sunt, prima distribuuntur. Peiora multo sunt reliqua: sanguine stillantia (Sch.), aqua fervente circummadentia (Thom. Tricl.), minutim confecta (gl.), vel adverbialiter frustatim (Mosch.), quae partim foeda, partim humilia et inania, et ob κατὰ μέλη proximum molesta sunt, nedum ulla derivandi analogia explicari possint. Contra δεύτατος i. e. postremus, non extremus, et Homeri usu et aliarum linguarum exemplo comprobatur. — Tonosin ἄμφι perspicuitatis causa invexi, contra regulam.

53 Sch. A nihil nisi κακαγόρος; Sch. Vett. rell. (U etc.) et hoc et κακαγόρους agnoscunt. Thom. κακηγόρος praetulisse videtur (ut in voce πανήγυρις); Mosch. κακηγόρους dedisse; Tricl. κακηγόρως, perperam. — De nominativo κακάγορος loqui videtur comma Sch. Vet. (om. in A) οἱ κακήγοροι οὐδὲν λελόγχασιν ἢ ἀκέρδειαν, sive ἀκέρδεια neutraliter accipiens, sive cum P ἀκέρδειαν scribens, invito metro. — Sunt in hoc carmine insolentiora quaedam dialectica quae in Sch. magis quam in mss. testata utrum argutiis Grammaticorum debeantur, qui hoc potissimum carmen alienis a Pindari usu formis illatis vexaverint, an genuina potius et propter maiorem quam huic odae impenderint curam melius servata sermonis Pindarici vestigia sint, an huic soli carmini paucisque similibus propria, aliis diiudicandum relinquo. Nostrum est Pindarum quantum per metrum licet ad antiquissimorum librorum fidem edere, quos h. l. cum Bö. secuti sumus.

59 In Comm. Mosch. legitur ἀπάλαμον, sed ibi in uno Tricl. (μ') suprascriptum est ν et in Sch. et in lm.; in altero (ν') ἀπάλαμον est utroque loco. — Correctio haec videtur esse metrica nec omnibus perinde Byzantiis probata, qui memores erant doctrinae Prisciani I, 30 aliorumque. Apud Hesiod. Op. 20. ἀ̄πάλαμον legitur, nisi ibi quoque ἀ̄πᾰλᾰμνον (cum mss., nisi fallor) scribatur. Alibi semper ἀπάλαμνος. Correptionum licentia apud utrumque poetam summa.

60 Structura verborum ἀφαιρεῖσθαι, ἐρημοῦν (P. III, 97), al. cum dupl. acc. notissima. Ita κλέπτειν τινά τι, vel simpliciter κλέπτειν τινά (sive privare deos est sive clam diis P. III, 29. N. VII, 23.) recte dictum est, κλέπτειν τινός τι sine exemplo. Mosch.

iunxit νέκταρ ἀμβροσίαν τε ἀθανάτων. Sch. Vett. nulla ad h. vs. servata sunt. Genitivi poetici ut κεφαλᾶς βαλεῖν, εὐφροσύνας ἀλᾶται non prorsus eiusdem generis sunt, quum ad rem pertineant, non ad personam.

60 κλέψας] γρ. καὶ κλέψαις. τὸ εὐκτικὸν ἀντὶ μετοχῆς gl. A — κλέψαις] ἤτοι κλέψας. τῶν δωριέων δὲ τοῦτό ἐστι τὸ προστιθέναι τὸ ῑ. gl. E — κλέψας] αις αἰολικόν gl. Q.

64 Nec θέσαν metricae, nec θέσσαν grammaticae legi congruit (quamquam θέσσαντο = ηὔξαντο N. V, 10. eiusdem stirpis esse videtur; cf. Buttm. Lex. 2, 111 et Sch. Ap. Rh. I, 824); ἔθεσαν autem (Sw. Bg.) insolitam arsis solutionem infert; ἀφθίτους θῆκεν (Ht.) plane alienum; κτίσσαν (Sw. usu Aeschyleo; cf. O. IX, 45) et θῆσαν (nutriverunt, Ah. et Bg.) aliquanto meliora. Genuina scriptura quum lateat et paraphr. vet. non exstet, aut istas coniecturas accipe, aut meam θέν νιν, cuius interpretamenta ἔθεσαν(θέσαν) et αὐτόν antiquitus in ordinem irrepserint. Leguntur τίθεν, στάν, ἔτλαν, alia. Parechesis et collocatio eiusmodi auribus gratissima et maxime Pindarica est, sed δῶκεν — θέσσαν (θῆσαν, κτίσσαν, θῆκεν) homoeoteleuton odiosum.

64 τι non solum PA, sed omnes vett. et Thom. omittunt, excepto R qui cum interpolatis facere solet. — Ergo vulg. Al. Ro. ἔλπεταί τι λαθέμεν, quam a Bö. reductam ab omnibus editoribus nunc scribi video, in nullo, quantum scio, ms° invenitur, nisi olim fuit in pessimo ώ, ubi τι λα μεν est, charta cum literis absumpta. — Moschopulus quum ἔλπεται λαθέμεν et in metrum peccare videret, et grammaticae legi (cf. Lob. ad Phryn. p. 751) adversari putaret, non solum λασέμεν invenisse, sed etiam ieiunum illud τι inculcasse existimandus est. Solutam magis quam lyricam orationem decet τις-τι, et multo credo praestat omissio obiecti, ut ἔρδων sit quaecunque facit (mit seinen Thaten), quam ἔρδων τι si quid facit (mit einer That), etsi etiam τι λαθέμεν ullo modo latere iungi possit. Scribe λελαθέμεν, ut γεγωνέμεν, ἀνωγέμεν. Haplographiae hoc genus creberrimae, ut O. II, 47 in D τυγχανέμεν pro τε τυγχανέμεν; ib. 53 aut δε aut δαι vocis δεδαιδαλμένος omissum in 12 mss. (ut I, 28 in 9 mss.); ib. 58 in septem vett. τα διός pro τᾶδε διός etc. etc. Etiam vs. 24 εὐάνορι (in CD etc.) pro ἐν εὐάνορι eodem redit. Omnino hoc vitiorum genus latissime patet.

71 ἄγχι δ' interpolationi debetur. Asyndeton ἐγγὺς ἐλθών (coni. Bg.²) ferri posset, sed diserte contra faciunt Sch. AB

ἀντὶ τοῦ τε τὸν δὲ παρέλαβεν. Nescio an pro ἐγγύς (quod ab ἐν γυίοις non recte derivatur, Lob. Path. I, 143) ἐγγύ dici potuerit, ut est in compositis multis, ad similitudinem formarum τουτάκι, τετράκι, πολλάκι et ut ὄπιθεν, quod si Lobeckium audis primitivum est, unde factum ὄπισθεν. An εὐθύ praestet? quo sensu est εὐθὺς ἰών P. IV, 148; cf. Buttm. Gr. Gr. 2, p. 366 sq.

75 Alterius Sch. verba in U ita restituta sunt εἴ σοι κεχαρισμένος ἐστὶν ὁ γάμος οὗτος ὁ τῆς Ἱπποδαμείας; in AB ὁ γ. οὗ. omissum. Hic de futuris Pelopis et Hippodamiae amoribus cogitavit, prior de praeteritis Neptuni et Pelopis, ubi ABU εἰ χάρις (A χάριν) ἐραστοῦ πρὸς ἐρώμενον.

76 Notulam Sch. [D]U etc. ἔγχος οἰνομάου ἀμμώνιος τὸ ἅρμα ἤκουσεν (unde Bg.[2] ἔντος lectum esse coniicit) om. AB.

80 ἐρῶντας Moschopuli commentum est, cui assentitur Tricl. notula οἱ μνηστῆρας γράφοντες οὐκ ἴσασι τὰ περὶ μέτρων. χρὴ τοίνυν ἐρῶντας γράφειν, ἵν' οἰκεῖον ᾖ τὸ κῶλον τῇ στροφῇ. Similis spondeus (pro iambo praemissus) O. X, 25 ieiuno commento metrico expulsus est; cf. etiam O. II, 99. X, 48. 90. ubi τιμάσαις et θνάσκοντι leguntur initio versus ⏑ ⏑́ ⏑́ ⏑ ⏑ – ⏑ –. Bg. coni. ματῆρας, ingeniose. cf. Hesych. s. v. ματήρ, ματεῖ etc.

82 Sch. prius ex ABU ita restitue ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις, οἷς ἐξ ἀνάγκης τὸ θανεῖν, διατί δὴ κτλ. Sch. alterum AB οἷς ἀποθανεῖν ἀνάγκη vulgatam firmare videtur. Alioqui οἷς ἐν ἀνάγκᾳ coniiceres, ut ἐν δυνατῷ.

82 Rarissimam formam τά non solum A et Greg. Cor., sed etiam tres optimi et vetustissimi libri AB[i]C[ac] praestant, in A cum gl. κατὰ τί. Vulg. τί non est in A, sed in B[s]C[pc]D rell. Sch. interpretamenta et τί et διατί. Ca. in St.[3] „Annotant Grammatici τά pro τί poni a Doribus, et proferunt Pindari locum τά κέ τις κτλ. Verum ibi hodie τί legitur, non τά; quod tamen non facile censuerim esse mutandum.“ Meum est optimis testibus parere. Megarensis apud Aristoph. Ach. 757. quaestio est σά μάν; pro τί μήν; agnita in Scholiis et a Greg. Cor. p. 236. et ipso responso τί δ' ἄλλο; ἄττα et ἅσσα pro τινά ad idem etymon redeunt, praefixo ἀτ (et=), Buttm. Gr. Gr. I, 301; quod etiamsi fuerunt qui a τινά ducerent et σά a τίνα (Ah. D. D. 277), tamen σά pro τί usu venisse constat, ut h. l. τά, etsi fortasse a τίνα factum est, pro τί usurpatur.

86 ὦν non solum P, sed omnes vett. et Thom. cum Al.

omittunt (nisi quod in Z ὢν alieno loco inculcatum esse video, ita οὐδ' ὢν ἀκράντοις ἐφάψατ' ἐπ.), nec est in paraphr. AB. Habent ἐφάψεται O[ac] et O, ἐφάψατο B, (in fine lemmatis, ubi vocalis in elisione posita plerumque scribitur) ἐφέψατ' FM ἐφαψάτ' D ἐφήψατ' V ἐφ[ά]ψ[α]τ' X ἐφάψετ' Z ἐφάψατ' A.BCELNPQ[R]UO[pc] cum rell. — Vulg. ὢν (quae in solis recc. [14] invenitur; in σ' οὖν; in ω' ἀ vitiose) Moschopulus invexit, metri causa. Restitue ἐφάψατο, omisso ὢν, ut aut geminari digamma statuas, aut, quod praefero, versum dividas, hoc metro – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –́ ⏑ – ⏑ ⏓ | × ⏑͜⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ –, nisi malis ⏑ ´⏑͜⏑ –́ ⏑ ⏑ – –́ ⏑ –, nam reliquae bases non sunt solutae.

87 Moschopulus, ut χρύσεον primam producere posset, expulso τε, praepositionem ἐν dativo praefixit. Auribus hoc quidem non ingratum, sed procul dubio falsum, quum tale ἐν a Pindari consuetudine et aetate abhorreat; cf. ad O. II, 63. Paraphr. Sch. τε-καί.

89 Paraphr. Sch. AB ἥτις Ἱπποδάμεια ἔτεκε (ubi A om. ἔτεκε). Singulares quidem correptiones in hoc carmine, ut γαρύεν, κακαγόρος, ft. φάτῐς pro φάτιας, ἀπάλᾰμνον. Sed donec probetur correptionem Aeolum, de qua cf. Ah. D. Ae. p. 109, tam late in quibusdam Pindari carminibus patere, ut etiam ᾱ nominativi femininum corripi licuerit, suspectum erit quod consensu librorum meliorum traditum habemus. Bg.[2] ἑλὼν-ἔτεκεν (τέκετο) coniecit, quod ft. praestat utrique emendationi Byzantinae et ei quam ipse tentabam τέχ' ἃ, quae solutionem tollit.

89 Germanam lectionem iure suo reposuit Sw. Dativo enim pro genitivo utitur poeta, ut post θιγγάνειν, ἅπτεσθαι, ἐφάπτεσθαι, πέλας, ἀγχοῦ, ἄγχι, ἔνδον, σχεδόν. Nec multo distant φύντ' ἀρετᾷ natum ad virtutem, ἀρετᾷ κριθείς ad virtutem fato electus (non „virtute spectatus“), μετοικεῖν ἀγυιαῖς Καδμείων migrare ad vicos Thebanorum; Ἀλφεῷ καταβαίνειν, et (P. VIII, 32) μέτρῳ καταβαίνειν ad Alpheum descendere, ad modum (et modestiam) deprimere, ut Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθείς; ποσσὶν ὀρούειν ἀπὸ στρωμνᾶς in pedes desilire a cubili ut erecta staret, ἀνὰ δ' ἐπᾶλτ' ὀρθῷ ποδί in pedes erectos exsiluit. Quibus exemplis certioribus addas quae magis ambigua sunt ἀελπίᾳ βαλών in desperationem coniiciens (P. XII, 30), et ft. οὐ ψεύδει βαλών non in falsa iaculatus, cum Sch. uno (εἰς ψεῦδος, N. I, 18), ut quae generalioris usus sunt, οὐρανῷ in coelum (I. V, 41 = VI, 60) aliaque, mittam; denique Ζεὺς (Ἀμφιτρύωνος) ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις γοναῖς ad generationem Herculis (I. VI, 7 = VII, 10). In his

omnibns dativus termini est quem quis sive animo sive corpore petat; quod genus nonnulla reperies apud Matth. Gr. Gr. § 401, 3. Reputa Graecum dativum ex locativo quem dicunt ortum esse huiusque primitivae potestatis apud antiquissimos plurima vestigia deprehendi, ut locum denotet ubi quid sit et quo quid contendat, tum simplex, tum praepositioni iunctus. cf. ad P. IV, 235.

99—116 desunt Scholia A. Vacua est integra pagina in A (fol. 185, b.); eadem in apographo A omissa esse (ubi tres paginae vacuae sunt, teste Schneidero in App. Pind. Suppl. p. 58) sponte intelligitur.

100 Paraphr. B primum ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων, tum (bis, cum Mosch. Comm.) παντὶ ἀνθρώπῳ. Ei scripturae quam Tricl. praetulit adversatur codd. auctoritas. Genitivus et hiatum (incommodum, etsi in dativo propter ι furtivum tolerabilem) removet et exquisitior est, ut πᾶς Ἑλλήνων Soph. O. C. 597.

104 ἅμα καὶ omnes veteres libri et Thomani praestant. Quod cum traditum esset alii aliter emendaverunt. Ego nec Moschopuleum ἄλλον ἢ cum Er. Smidio, nec Triclinianum ἄλλον καὶ cum Callierge, nec Hermannianum ἀλλὰ καὶ cum Di. et Sw., nec Bergkianum μᾶλλον ἴδειν ἢ cum Ht. probo. Ἄλλον καὶ sententiae tantum, non metro aptum est recte explorato; reliquae autem coniecturae particulas inculcant quae τε excipientes et a Pindari usu (nam in I. VII, 35 τε-ἢ coniectura illatum est) et ab huius periodi concinnitate alienissimae sunt.

Interpretamenta Thomana sunt καὶ δὴ καὶ et ἢ, Mosch. ἄλλον (καὶ?), Germ. ἅμα καί. In Sch. Vett. tres paraphrases leguntur 1. πεπίστευκα δὲ καὶ πέπεισμαι ἀκριβῶς, μηδένα με (μὲν U) ἔτι φίλον τῶν νῦν ἀνθρώπων ἐγκωμιάσαι τοῖς ὕμνοις, ἀμφότερα ἔχοντα, καὶ ἐπισήμονα τὰ κατὰ ψυχὴν καὶ σώματος ἰσχὺν τούτου ἀνδρειότερον. 2. πιστεύω δὲ μηδένα ἄλλον ποιητὴν ἐπισήμονά τε εἶναι καὶ ἀνδρεῖον, καὶ οὕτω δύνασθαι τοὺς φίλους ἐγκωμιάζειν, ὥσπερ ἐμαυτόν. 3. πεπίστευκα δὲ, ὅτι οὐδένα ὕμνησα ἀμφότερα ἔχοντα, ἐμπειρίαν τε καὶ ἄλλων (ἄλλην O τε καλῶν καὶ coni. Bg.[2].) δύναμιν. Tertia non legitur in B ut nec quarta, quae etiam generalior est nihilque novi affert.

Hos interpretes non τε-ἢ sed τε-καί legisse manifestum est. Nec ex 2. et 3. efficias ἄλλον olim lectum esse, quod secunda interpretationis causa adiicit. Tertia, quae generalior et ft. recentior est, ad verba poetae cognoscenda nihil valet. Prima sola et accurata est et sententiam bene intellexit. Eadem positivum gra-

dum ἴδριν qui comparativo respondeat agnoscit, rectissime. Poetica enim et maxime lyrica dictio saepe bina dichotomiae membra ita complectitur, ut prius altero compleat, utque in semel dictis acquiescat, ubi bis dici oportebat logice, brevitatis studiosa. Hoc de praepositionibus notissimum est (Lob. ad Soph. Ai. p. 249 sq.), sed teneatur velim hoc schematis ἀπὸ κοινοῦ genus et Pindaro frequentius esse quam caeteris et latius etiam patere. Quid quod vel tria membra ita iunxit? O. VIII, 47, ubi ἤπειγεν ἐλαύνων copulanda sunt ut ἵκετ' ἐλαύνων, ἵκετο σπεύδων, et Hom. ἔσσυτ' ἐπειγομένη. Quod qui negarunt fieri posse, quanta sit lyricae orationis vis sylleptica vel potius analeptica parum perspexerunt. Eiusdem generis est οὔτε in altero membro positum, in priore omissum (P. III, 30. VI, 48. X, 29. 41. N. VI, 6); et οὐδὲ (P. III, 90. IX, 65. I. III, 11.), ἕτεροι (N. VIII, 37), εἴ τις (P. IX, 93), ex quibus ad prius dichotomiae membrum ὁ μέν, ἕτεροι, τις (ut vel Hom. Il. 14, 342) subaudienda sunt. Nec multo aliter alia, ut instrumentalis (N. III, 68), participium (N. XI, 63), accusativus (fr. 171), alteri membro cum inserta sint tamen utrique inserviunt. Ergo etiam positivum ἴδριν insequenti comparativo optime suppleri confido, et videntur mihi qui μᾶλλον ἴδριν commendant non vitium sed id quod proprium fervoris lyrici ornamentum est tollere.

Scribe ἄμμε καί. Ut O. IX, 106 pro ἄμμε optimi quique corruptum aut ἄμα (ACDN^{ac}OZ) aut ἀμέρα (B) aut ἄμε (E) exhibent, ita hoc loco factum est de omnibus libris. Nam cum olim AMEKAI exaratum esset, sequente καί, corruptio facillima. Quae etsi antiquissima fuerit, tamen fortasse nondum usu venerat, quum primus Sch. με in paraphrasi poneret, et verba ad ipsum Hieronem referre non dubitaret. Πέποιθα -ἡμᾶς μὴ δαιδαλωσέμεν est Nunquam profecto celebravimus, ut Ἤθελον (sq. ἀμετέρας) χείρωνα ζώειν Utinam Chiro viveret. Accusativus igitur subiecti ad infinitivum post πέποιθα (i. e. constat, certum est) adiectus non offendit, praesertim mutato numero, immo et inter media obiecta collocatus pulcerrimus, et ad omnem ambiguitatem removendam necessarius est. Quid ii legerint qui haec verba male ad alios poetas retulerunt, dubium est; fuerit vel ἅμα καί vel ἄλλον καί, sed ἄμε vel ἐμέ non fuit.

104. 105. Ambrosianus solus et καιριώτερον et δαιδαλωσάμεν habet. Illud (quod repetit A), si καίριος poetica audacia a re ad hominem translatum est, ut sit potentiâ opportunior, effi-

cacior (an Macht trefflicher, schlagfertiger?) exquisitius est quam κυριώτερος (an Macht entscheidender, herrlicher?), eique non male conveniunt interpretamenta ἀνδρεῖος, δραστήριος, δυνάμενος ὃ βούλεται συντελεῖν (quamquam haec ambigua sunt), et facilius καιρ. in κυρ. quam κυρ. in καιρ. abire potuisse censeas. — Hoc mirum in modum tuetur Sch. Vet. et in prima paraphrasi (ἔτι — ἐγκωμιάσαι) et in tertia (ὅτι οὐδένα ὑμνῆσαι), neque eorum interpretatio cum futuro δαιδαλωσέμεν conciliari potest. Ne secunda quidem paraphr. (et Thom. altera) futuro interpretatur, sed infinitivo praesentis, quasi ita accepisset infinitivum aoristi. Etiam gl. passim κοσμῆσαι, ὑμνῆσαι. Sed aliud comma Sch. Vet. et Mosch. κοσμήσειν, nec potest negari, α in A saepius (ut vs. 96.) inveniri, ubi αι esse debebat. Quin ex A (cum Zq Sch. U) δαιδαλωσαίμεν relatum est, ut scrupulum iniiciat, an idem in A scriptum sit, ubi α et αι hinc inde vix possunt dignosci. Nec άμεν in his infinitivi aor. I formis videtur reperiri, sed rarissima quae exstant exempla (ut ἀξέμεν Il. ω, 663 et καταξέμεν ζ, 53) non α, sed ε in commissura habent. Nihil igitur moveo, sed notasse satis habeo. Progressus orationis is esse videtur, ut poeta, quum in vss. 100 sqq. de rebus praesentibus (et praeteritis?) agat, non ante vs. 108 sq. ad futuras descendat; quocum consentiret inf. aoristi (sive in άμεν, sive in έμεν terminatus), sed non inf. futuri.

106—117 Non solum Sch. A sed etiam Sch. B desunt, ut in hac extrema parte optimorum librorum auxilium in Scholiis desideretur. In B folium intercidisse videtur.

107 Sch. Vett. (emendata e mss. in Sch. Germ. p. 10) non solum κῆδος sed etiam τεαῖς et ἔχων agnoscunt, sed de constructione verborum dissident. Partim priora de aliis poetis dicta esse opinati, dativo, si recte assequor, instrumentali s. locali: „deus, patronus „meus, prospicit mihi, tuis in studiis equestribus et bellicis (nam „ea mihi carminum materiem praebent), habens hanc mei curam." Alii verba ad Hieronem referentes, dativo a μήδεσθαι suspenso, „deus, patronus tuus, prospicit tuis studiis, habens hanc tui curam." Alii denique, verbis ad eundem Hieronem relatis, dativo commodi: „deus, patronus tuus, in felicem studiorum tuorum eventum hanc „(quam semper tenet) curam meditatur, ut semper sis quod modo „dixi omnium et peritissimus et fortissimus." Quae vett. rationes (repetitae fusius in Thom.) quum Hermanno duplici vitio laborare viderentur, et quod ἔχων frigeret, et (altera) quod μήδεσθαι da-

tivo iungi non posset; elegantissime ἑκὼν coniecit, et (quod iam Hy. cum Mosch. maluerat) dativum cum ἐπίτροπος, accusativum τοῦτο κῆδος cum μήδεται copulavit. Postea vero ἑκὼν misit, et μήδεται ἔχων (cum eodem Mosch.) i. e. „habet meditaturque" iunxit, eadem structura dativi. Ubi nonnihil offensionis relinquitur in ἔχων, quum quae Attici e familiari sermone receperunt ut ληρεῖς ἔχων i. e. ἐν τούτῳ ληρεῖς (da schwatzest du) a Pindaro aliena sint. Nec Pindarum dativo termini post μήδεσθαι uti potuisse negaverim; cf. ad vs. 89. Quod si suum cuique verbo obiectum est, ἔχειν (initio versus collocatum) emphatice dictum esse videtur, ut sit nunquam mittere, bene tenere, eodemque referri εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι. Bö. ad μήδεται αὐτάς subaudit, Di. μήδεται absolute positum esse putat. Utrumque durum. Minus etiam recte novissimus editor ex Thomano male lecto et intellecto ἑαῖσι elicuit, nam verba ἐν τεαῖς καὶ ἰδίαις μερίμναις hoc volunt: in „tuis et tibi propriis" studiis, nihil aliud. Nec si voluisset quod non voluit: „in iis studiis quae et tua sunt et mea (poetae)" id ex mente quorundam interpretum absurdum fuisset. Sed omnino ex Sch. Recc. de vett. librorum scriptura coniecturam facere non licet nisi diserte isti se diversa a vulgatis legisse proferunt. Quo nomine ille editor aliquoties peccavit.

113. ἐπ' non solum in A̤I̤PY sed in omnibus vett. et Thom. omissum est, nisi quod ἐν ἄλλοισι V solus praestat, quod ex gl. ortum, nisi fallor; gl. U est ἐν. — Vulg. ἐπ' ἄλλοισι, quam omnes recc. praestant, a Moschopulo ex Sch. Vet. ἐπ' ἄλλοις δὲ πράγμασιν εἰσὶν ἄλλοι μεγάλοι ductam esse existimes, nisi illa verba ab ipsis Byzantiis profecta sunt, cum in iis quos consului vett. (ut in U) omissa sint. Germ. paraphr. (quae ante Moschopuli interpolationem conscripta est) ἐν habet, non ἐπί. Simplex dativus sententiae optime convenit, ut recte sensit Di. Quanquam ἐπί ferri potest, si pro ἐν dictum esse accipias, ut ταύταις ἐπὶ συντυχίαις P. I, 36, ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις ib. 84. (cf. P. V, 119. I. I, 47); ita ἐπ' ἄλλοισιν interpreteris „in alia rerum conditione" (unter andern Umständen, bei andern Lagen). Nam cum ἐσλὰ ἐπ' ἐσλοῖς, πέμπτος ἐπὶ εἴκοσι et similia ab hoc loco aliena, Dissenianum vero „super aliis" ne Graecum quidem sit, quae relinquuntur „coram aliis alii magni" et Hermannianum (et Sch. l. l.) „aliis alii superbiunt" Pindaricis exemplis firmari nequeunt. — Fortasse ἐπ' recte omissum est. Vs. 55. ἐτίμασαν, vs. 84 ἁπάντων facili negotio

in τίμασαν et πάντων mutari possunt. Vs. 26 ft. Ποσειδᾶν, quod initio vs. abundare si non claudicare videtur, e gl. proximi versiculi irrepsit pro epitheto aliquo Clothus (ut πρόφρων) quod vehementer desideramus. In praecedentibus μεγασθενὴς Γαιάοχος consuetudini poetae magis conveniret quam μεγασθενὴς γαιάοχος Ποσειδᾶν.

OLYMPIA II.

2 Errores eiusmodi in membris aequalibus creberrimi, nec est ut ob Dion. Hal. I, 20, ubi ἀνήρ olim Graecis digamma habuisse refertur, vel propter lectionem Eusebianam fr. 33 Bö. = 39 Bg. ὀλίγον τι ἀνήρ, coniicias τίνα ἄνδρα. Quamquam asyndeton non ineptum esset — Horat. I, 12, 3 climax est, non anticlimax, ideoque fortius asyndeton tertio loco aptissimum — tamen etiam δ' in trichotomiae parte tertia invenitur.

3 Gl. A τὸ τοι περισσόν. ἡ πίσα εἰς ἣν κατῴκει ὁ ζεύς. Ex hac glossa non multum consequitur de ἡ (ἁ), nam eadem in eodem libro vs. 30 ad ἤτοι adscripta legitur περισσὸν τὸ τοι; quamquam articulus bene se haberet ut O. III, 9 ἅ, τε πίσα, et iusto fortius ἦτοι h. l. esse videatur. Plerumque enim ἤτοι est profecto (II, 30. XII, 13. XIII, 84. P. XII, 13. N. V, 43.) quod ab h. l. alienum est, ubi nempe esse creditur. In paraphr. Vet. non est particula. Vide an ἅ τοι scribendum sit. Quum ἤτοι tritissima vett. grammaticorum locutio esset, ἥ τοι facillime in ἤτοι abire poterat, ἅ τοι non item. Igitur Dorica forma prius in communem cesserit quam haec in ἤτοι.

4 Ex. Sch. A ἀκροθόνια πολέμου: ζηνόδοτος μετὰ τοῦ ῖ γράφει ἀκροθίνια (ita enim in A lemma exaratum est, nec quidquam v. l. adscripsi ex A) male collegerunt quidam fuisse qui ἀροθόνια legerent, quae vox nihili est. Idem vitium O. X l. l. bis in I inter Scholia legi refertur, sed meliores libri ibi et in textu et in lemmate ἀκρόθινα scribunt, et in Scholiis (ABU) id voce ἀκροθίνια explicant. Quin ex Sch. Rec. ad hunc locum relatum est ἀκροθόνια ibi pro ἀκρόθινα „in uno librorum“ scriptum esse; mei Sch. Rec. testes (Σμ'ν') et illo et duobus aliis locis nihil variant.

'Ακροθόνια vel solorum Vratislaviensium librorum vel ad summum etiam Ambrosiani vitium est, qui ῑ et ō passim confusa ostendit, ut Sch. ad vs. 168 vulg. ῑς pro ōς habet. Manifestum enim est diversitatem scripturae Alexandrinae ad terminationem vocis pertinere, ut vs. 97 de κρύφιον et κρύφον, ubi Sch. 'Αρίσταρχος χωρὶς τοῦ ῑ γράφει κρύφον. Critici Postzenodotei (credo idem Aristarchus) metrum respicientes ἀκρόθινα reposuerunt, quod non sine analogia formatum esse ostendit Lobeck. Parall. I, p. 197.

5 Asyndeton quod vim oppositi augeret non offenderet, nec displiceret, ἤτοι in εἴ τοι mutato, apodosis. Sed et Sch. consecutionem particularum μέν-δέ-δέ agnoscere videntur, et forma τετραωρία alias non invenitur, quamquam hinc inde in mss. apparet, ut Soph. Trach. 506. Apud Pindarum ᾱο in hac voce bis coalescit P. X, 65. I. III, 17, ut h. l.; bis vulgari mensura ᾱο P. II, 4. N. IV, 28.; semel (N. VII, 93) τέτρᾰο. audacter; cf. Ah. D. D. p. 200.

6 Distinctum est post ὀπί (non ante idem) in tantum non omnibus libris (ut in ABNOU etc.) nisi quod in nonnullis a sec. tantum manu (ut in DH et puto G) et in aliis neutro loco (ut in D[a]EFΓknν'τ'). Ante (non post) ὀπὶ ex solo Σ diserte enotavi; ft. idem in C, nihil enim ad Sw.[3] adscripsi. Ad ὀπί gl. φωνῇ A μ'ν'k[b]Z ὑμνητέον μολπῇ P ῦ. ἐν λόγοις Σμ'ν' ἐνδέχεται ἐν μέλεσιν ὑμνεῖν Mosch. (et gl. Z) et cruce sign. in μ'ν' ἐν μέλεσι n διὰ φωνῆς λαμπρᾶς c Sch. Vet. non habet paraphrasin. G solus gl. ὅπως. καθώς. Germ. paraphr. utrumque, ita εἰς τὸ γεγωνητέον καὶ ὑμνητέον στικτέον. καὶ τὸ ὀπὶ, ἀντὶ τοῦ ὅπως καὶ καθά. ἢ τῇ ἐμμελεστάτῃ. ἄσματι. Ad δίκ. ξένον Sch. AB non exstat, sed ex [D]GI (gl. Z) hoc τὸν μετὰ δικαιοσύνης τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον et Mosch. (et gl. Z) δίκαιον ὄντα κατὰ τὴν φιλίαν τῶν ξένων quae gl. est cruce sign. in μ'ν' porro gl. U ξενοδόχον φίλον gl. OZ φίλον. Ex his colligitur plurimos atque optimos libros legisse γεγωνητέον ὀπὶ, δίκαιον ξένον. Haec vulgata duplici vitio metrico laborare videtur, quod in ὀπί non excusatur sequenti δϝ (vel dj) ut Homericum ἔτῑ δήν et similia, sed ξένον ferri potest, versu diviso. Nec multum offendit γεγωνεῖν ὀπί, cf. ποσὶ τρέχειν O. X, 65. — Diversa tamen fuerit aliorum (veterum puto) grammaticorum opinio, quam lectio ὅπι et gl. G atque paraphr. Germani indicant. Hi γεγωνητέον, ὅπῃ (ὅπα) δίκαιον ξένων, scripsisse videntur, quod non intelligo quid sibi velit, nisi possit esse „quousque valet lex hospitum" i. e. per totam

Graeciam, quod quamquam durum est, tamen sententiae aptum; cf. N. III, 25. — Si cum Hm. ὄπιν vel quod postea idem praetulit ὀπί (dativo) scribimus, ut hoc substantivum genitivo ξένων iunctum adverbialiter ad δίκαιον appositum sit, nimis ea videtur esse artificiosa verborum structura. Longe credo praestat accusativus substantivi qui sequentibus ἔρεισμα et ἄωτον respondeat, ut Thero praesidium amicorum, propugnaculum urbis, decus maiorum appelletur. Iam accusativi ὄπιν, ἔρεισμα, ἄωτον activam, genitivi ξένων, ἀκράγαντος, πατέρων passivam vim habent. Thero tuetur hospites, defendit urbem, decorat gentem suam. Cuius clarissimi prooemii Horatium memorem fuisse censeas, ita exorsum „Maecenas, atavis edite regibus, o et praesidium et dulce decus meum“, ut verborum τίνα θεόν etc. in illo „Quem virum aut heroa . . .“ Nec (quum vis genitivi ad hanc vocem ὄπις adiecti ambigua sit) Theronem ita ὄπιν δικαίαν ξένων appellari opinor, ut sit venerabunda observantia quam merito hospites sentiant, sed ut (audacter et pulchre credo) ipse sit „iusta hospitum reverentia“ i. e. praesidium amicorum. Caeterum utrum ὄπι an ὄπιν scribas, de antiqua scriptura nihil admodum interest, quum utrumque olim ὀπί fuerit. Conieci igitur ὄπιν δικαίαν ξένων in Sch. Germ. p. 12. In idem fere ante me incidisse video Ht. qui δίκαιον masculine dictum esse existimat propter Theronem. Quod quo pacto fieri possit non video. Sed est apud Aesch. Sept. 607 δικαίους λιτάς in chorico. Pindarus autem P. IV, 280 (ubi Sch. et mss. inter δικαίαν et δικαιᾶν fluctuant) et hoc et plurima alia hoc genus adiectiva simplicia ut maxime mobilia tractat. Attamen sunt quae excipiantur, ut (praeter βάρβαρος) minus mobilia ἡσύχιος et ἡσύχιμος (quae primitivum ἥσυχος sequuntur), ἀοίδιμος, ἵλαος, ἐτήτυμος, σιγαλός, (ft. δαίδαλος N. IV, 59) δυνατός, φοίνιος (ἀλλὰ φοίνιος αἴαντος i. e. αἴας, quod tamen non credam ad sensum esse dictum), μοιρίδιος, δούλειος. Sunt etiam quorum motio fluctuet, ut ἄμερος (N. VII, 83 et VIII, 3), ἐλαφρός (N. V, 20 et fr. 126, 1), ft. etiam δίδυμος (P. IV, 209), quibus cur non addiderim ἐρῆμος vide ad O. XIII, 88. Quo pacto stare possit quod scripsi (cum Bö.[1], sed aliter intellecto loco), quamquam nihil eiusmodi, ne ξένων quidem, ex Sch. sive Vett. sive Recc. comprobari potest. Et Ky. ἐν ὀπί et meum ὄπιδα (quod ex ambiguo quodam codicis O ductu inter δ et ίκαιον vix firmetur) nunc displicent. Ingeniose Bg.[2] coni. γεγωνητί' ἐνοπᾷ δικαιόξενον | versu diviso.

7 Illud πτ quomodo optimis libris irrepserit, nisi olim in textu fuerit, non assequor. Cf. N. VII, 35. 61. O. I, 59. — Distinctionem ante ὀρθόπολιν (quanquam in plurimis libris invenitur) recte sustulerunt Mr. Bö.*, assentientibus [B]CD^ac E. Claudicat epitheton ab ἄωτον separatum et turbat nexum inter πατέρων et pronomen relativum οἵ.

10 Sch. A μόρσιμος: οὐχ᾽ ὁ μεμοιραμένος, ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ δίμοιρος (ita A). μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον. βούλεται δὲ λέγειν ὅτι ὁ βίος αὐτοῖς ἐπηκολούθησεν ἐκ πεπρωμένης τινός, τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῖς καὶ τὴν χάριν ἐπιπέμπων ἐπὶ ταῖς γνησίαις αὐτῶν ἀρεταῖς. In Sch. BO U etc. ἐπιπέμπων ταῖς, omisso ἐπί.

15 Lege πε̄πρωμένον et vs. 35 πᾱτρώϊον. Formae a πατρ incipientes paullo tantum frequentius (35) corripiuntur Pindaro, quam producuntur (29). Reduplicata autem ante mutam cum liquida syllaba, 14 locis producitur, 12 corripitur, si recte dinumeravi. Prioribus addi possunt formae similes πε̄φρίκοντας et κε̄χλάδοντας. Eandem mensuram habet πε̄πρωμένον P. IV, 61 in collisione creticorum. Rarissimae sunt hoc genus productae apud tragicos ut in arsi trimetri Soph. El. 358 κε̄κλῆσθαι. — Qui de epodi versu primo a me in Annal. Antiqu. 1847. n. 114 cretico metro restituto dubitat, is bene reputet, quanta sit carminum Pindaricorum in rebus metricis diversitas. Est autem huius carminis lex et natura inconstantia de solutione arseos. Str. Ant. 3 sextam arsin semel non solutam, novies solutam; rursus Epod. 4 quartam arsin semel solutam, quater non solutam habet; deinde Str. Ant. 5 ex nostra lectione semel (vs. 52) solutam, novies non solutam; porro Str. Ant. 6 quintam arsin bis solutam, octies non solutam; denique Epod. 1. (de quo agimus) quartam arsin ter solutam, bis vero non solutam praestat. — Etiam de corripienda aut producenda ante mut. c. liqu. syllaba haec oda solito inconstantior est, cf. ἔ̆σλῶν vs. 19 cum ἔ̄σλῶν vs. 97 et 63 ἔ̄σλοὶ; ἀ̆έθλοις vs. 43 cum ἀέ̄θλων vs. 13. Talia maxime in ea carmina cadunt quae, ut potissimum Aeolica, corripiendi licentia abundant, ut O. XI. P. II. VI. VIII. N. IV. VI. VII., sed ne Dorica quidem ab hac inconstantia abhorrent, ut O. VII, 35 τε̆χναισιν, ib. vs. 50 τε̄χναν pronunciandum est; cf. O. XIII, 29 et 40; 35. et 53. 61; P. III, 66. et 81; N. X, 15. et 33. 51; I. II, 14 et 36. Eadem mensurae inaequalitate tragici passim consulto utuntur, ut in responso repetitionem eiusdem vocis acuant. Vide quomodo Aesch. Pr.

966 sqq. λατρείας et λατρεύειν; Soph. El. 320 sq. ὄκνεῖν et ὄκνῳ, ib. 522 sq. καθυβρίζουσα et ὕβριν; Eurip. Med. 905 sq. δακρύων et δάκρυ adhibuerit. Eandem rem apud Anglorum poetas scenicos observavi; cf. Prolegg. ad Romeum et Juliam Shakespearii p. 110. 120. — Sed talia ut eristica a Pindaro aliena sunt.

19 Hermanni opinioni ἐθλός Pindaricam formam fuisse codd. nec hoc nec alio loco subscribunt. In *arr'* hoc loco ἐστλῶν legitur, ft. consulto, ut correptio primae syllabae a στλ. (quod initio vocis στλεγγίς ponitur) veniam petat. Equidem formam Doricam ἐσλός ut ubique ab optimis libris testatam cum Bö. ubique retinui, etiamsi correptio ante μν, πτ, σκ (vide ad vs. 7) facilius excusatur quam ante σλ. Nam ut nec Pindarus nec alius ullus poeta quod sciam ante σβ, σδ, σπ, στ brevem corripit, ita magis etiam ante σμ et σλ producatur necesse est, ut in θεσμός, ὀυσμή, κόσμος, δεσμός, πίεσμα, κεκασμένος. Quae ut etiam primâ correptâ si placeret adhibere posset, Pindarus formis dialecticis, ut τεθμός, δυθμή (vindicatum a nobis e Vaticano secundo Isthm. III, 83 ubi longa est prior syllaba) usus est. Id si persequimur praeceptum, Pindarus non tribus his locis (O. II, 19. P. III, 66. N. IV, 95) tantum sed ubique ἐθλός scripsisse censendus est. Confusio formarum duplicium notissima, ut in μαλακός et μαλθακός; sed obsoleta forma ἐθλός nusquam invenitur, ut, si unquam exstitit, e libris nostris ob alteras duas ἐσλός doricam et ἐσθλός atticam dudum evanuisse videatur.

22 Lectio ἀναβᾶσ', cui gl. ὑψωθεῖσα (PU), προκόψασα, ἀναβίβασα τὸν ἄνθρωπον (O) — cf. Sch. Germ. p. 13 — respondent, et metro repugnat, et facile ex literarum $\bar{\kappa}$ et $\bar{\beta}$ in multis mss. similitudine originem traxerit. Ad alteram lectionem, in qua optimi libri cum recc. consentiunt, pertinent gl. ἄνωθεν (AG), πόρρω ἤγ. ἄνω ἐξ ὕψους (B), εἰς ὕψος. μακρὰν γὰρ τὸ ὕψος (C), ἀνέκαθεν ἀφ' ὕψους (E[i]), τοῦτο δηλοῖ τὸ ἀνεκὰς ἀντὶ τοῦ προστιθεὶς καὶ αὔξων καὶ μεγεθύνων (E[s]), ἄνω εἰς ὕψος (DΣ*kμ'ν'* al.), ὑψόθεν (N), εἰς παράτασιν χρόνου μακράν (Mosch.); Sch. A ἄνωθεν. ἢ ἄνω et ἄνω αὐξήσῃ; Sch. BD etc. εἰς ὕψος. In Q ad v. l. ἀνεκᾶσ adscripta legitur gl. ὑψωθείς. Schol. Arist. Vesp. 18. ἀντὶ τοῦ ἄνω πάνυ ἑκὰς καὶ εἰς ὕψος. Erotian. Lex. Hippocr. p. 50. Franz. ἀνεκὰς ἀντὶ τοῦ ἀνωτάτω· σύγκειται γὰρ ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ ἑκάς, de qua etymologia cum Lobeckio (Pathol. I p. 629) dubitavit Sw. in Philologi III p. 118 sqq. Idem non sine probabilitate ἀνακάς scribendum esse existimat ex

Hesych. s. v. ἀνάκανδα et ἄνακας, ut ad ἀνά pertineat et ἄνω significet. Ad Moschopuleam interpretationem „in diutinam temporis continuationem“ (an voluit esse wieder einmal im Laufe der Zeit, περιπλομένων ἐνιαυτῶν?) non habeo quod addam nisi ei quaecunque de huius vocabuli usu comperta habemus adversari.

25 sqq. Bg.[2] coniicit Ζώειν μ. ἐν Ὀλ. ἀποθανοῖσαν βρομῳ | κεραυνοῦ τανυέθειρα (accusativo) Σεμέλαν φάτις· | φιλέοισιν δὲ Μοῖσαι. expulsis verbis φιλεῖ δέ μιν (νιν) Παλλὰς αἰεί. — Spurium hunc versum (φιλέοντι δὲ μοῖσαι) esse iam Alexandrinus Aristophanes iudicavit, Sch. AB testibus. Possent Musae inferri ut μοῖσαι δὲ καὶ μάλα, πατὴρ δὲ παῖς θ᾽ ὁ κισσοφόρος, sed nihili et haec et alia pericula esse credo. Constat mihi illa verba imitatoris esse.

30 sq. Bg.[2] existimat Sch. fortasse legisse ἦτοι βροτῶν γε θανάτου πεῖρας οὔτι κέκριται. Ht. scripsit οὔτοι βροτῶν κέκριται | πεῖρας οὔτι θανάτου. sed ἤτοι (ἦτοι) diserte testantur Sch. Pro θανάτου coniicit καμάτου Schdt. sed mss. et Sch. θανάτου confirmant. Id quod scripsi βροτῶν γε πέρας οὐ | κέκριταί τι θανάτου et bonorum mss. lectionem πέρας servat et (nostris auribus, quibus γε κέκριται semper offensioni fuit) melius sonat. Similiter ope codicis B cacophoniam sustulimus O. VI, 62. — In U Sch.[1] ita incipit ἤτοι βροτῶν γε κέκριται. τὸ ἤ τοι ἀντὶ τοῦ δή . . . Sch.[2] πέρας οὔ τι θανάτου. οὐδὲ τοῦτο . . . Non diserte exprimitur γε in Sch. Vet. Codex B fere idem quod vulg., nisi quod verba ἄδηλον etc. omisso γάρ et omisso ἀνθρώποις praestat. In A n. e. p.

32 Sch. A τὴν δὲ ἡμέραν θυγατέρα τοῦ ἡλίου ἔφη (sc. Pindarus) ἐναντίως ἡσιόδῳ. ἐκεῖνος γάρ φησιν· αἰθήρ τε καὶ ἡμέρα ἐξεγένοντο, καθὸ ἐκ τῆς ἐπὶ τῆς αὐτῆς [ἡμέρας νυκτὸς] ἡμέρα γεννᾶται. Ubi nihil novavi nisi quod ἡσιόδῳ (vel si placet ἡσιόδου) pro ἡσίοδος scripsi; et haplographiâ quod excidisse videtur reposui. Ἡ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας νύξ est nox quae suum quemque diem antecedit, ut dies e gremio noctis oriri videatur.

35 Ex Sch. B uno οὕτω δή (ita mss., non δέ) ἅτε πατρῷον. ὃν τρόπον κατὰ τῶν προγόνων τῶν περὶ τὸν θήρωνα κατέχει τὸν εὔφρονα πότμον ἡ τύχη, καθάπερ τὸ πατρῷον (U τῶν πατρῴων) κατέσχε, τουτέστι τῶν καδμίδων, coniicias fuisse qui ἃ τοπατρῷϊον s. ἅτε πατρῷϊον legerent, sc. ἐστίν s. κατέσχεν, et postea ἐπί τε (ἐπὶ δὲ) pro ἐπί τι. Possis emendare καθάπερ τὸν πατρῷον κατέσχε, τουτέστι τὸν τῶν Καδμίδων. Hic interpres ita intellexisse videtur verba: Sic Parca, ut paternum est, horum laetam fortunam in media opulentia divi-

nitus nata continet (retinet), affertque etiam malum adversum alio tempore (vel: rursus profugum alio tempore).

36 θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ optimi mss. ut AB cum praecedentibus iungunt, cum Sch. Recc., quae vulgata ante Hy. obtinuit. Eodem nunc inclinat Bg.[2] Alii pauci (ut CF) cum sequentibus copulant, cum Hy.* Plurimi aut omnino non distinguunt, aut utrobique ambigue. Etiam paraphr. Sch. Vet. ambigua est.

43 Utraque de lectione iam a vett. gramm. disputatum est, sed ita ut reconditiorem formam passivam ἐριπέντι traditam invenisse videantur, quam partim defendant partim cum Homerica forma commutare malint. Vide Böckh. de Crisi § 38 p. 113 = 373.

45 Ita omnes vett. in ειδαν consentiunt, ut O. VII, 93 in ἐρασεΐδαν; cf. O. I, 23. Etiam Sch. B (ἀδρασεΐδαν et) ἀδρασεΐδων. Quod Byzantii metri causa pro εϊ scripserunt tueri videtur Sch. A ita ἄδραστε. ἰδών (sic) δὲ εἶπε κατὰ τὸ πληθυντικὸν ἀντὶ ἑνικοῦ ἀδραστίδος. μιᾶς γὰρ ἐγένετο τῆς ἀργείας ὁ θέρσανδρος. οὐ δεῖ περισπᾶν τὸ ἀδραΐδαν (sic). εἴρηται γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀδραστΐδες, δαναΐδες. Haec utut corrupta sunt, cum Sch. B vulg. composita, vett. grammaticos Ἀδραστίδων iussisse ostendunt.

46 Plurimi mss. Didymeam lectionem ἔχοντι ῥίζαν. πρέπει solam exhibent, quam Hm. et ob frigidum additamentum ὅθεν σπ. ἔ. ῥίζαν et ob abruptum transitum stare non posse verissime monuit. Optimam Aristarchi scripturam ἔχοντα (de qua nunc abunde constat, quamquam Sch. A non minus corruptum est quam editum A̤), quam aliquot libri ut v. l. supra notaverunt, quamque Sm. (ex P⁸?) reposuerat, critici recentiores deserere non debebant. Vide Bg.[2] Caeterum ἔσχοντι solus A̤, non A. Aristarchus dixerat ὅθεν ἔχοντα ῥίζαν πρέπει τὸν αἰνησιδάμου κτλ. idem esse quod ὅθεν ἔχοντι ῥίζαν πρέπει υἱῷ αἰνησιδάμου κτλ. Id Didymus ita intellexisse videtur quasi Aristarchus Pindarum dicere iussisset: „hinc originem ducere apparet filium Aenesidemi“, participio pro infinitivo usurpato; quamquam haec structura non ad verbum impersonale, sed ad personale tantum (ἔχων ... πρέπει [conspicuus est] ὁ αἰνησιδάμου) accommodata fuisset. Obiecit igitur, in hac structura claudicare infinitivum (ὥστε) τυγχανέμεν. At Aristarchus πρέπει absolute cepit pro oportet, sequente accusativo cum infinitivo.

50 In Sch. Vet. ubi vulg. est κοινὰ ἤγαγον ἄνθεα, mei libri (BU) κοινὰ ἤγ. ἄ. Si ita intelliguntur haec verba, ut frater Theronis Pythiis solus, uterque vero Isthmiis vicerit, est σχῆμα ἀπὸ

κοινοῦ, de quo ad O. I, 104 dictum est. — gl. A τὸ γὰρ πάλαι (cod. πολλὰ) οὐκ ἔκαμπτον οἱ ἵπποι ἐξ (cod. ζ̄) καμπτῆρας (cod. καμπτοὺς), ἀλλὰ δώδεκα. — Distinctum est ἀδελφεόν, ἰσθμοῖ τε κοιναὶ χάριτες in optimis ut in ABGHNr; sed ἀδελφεὸν ἰσθμοῖ τε, κοιναὶ χάριτες, in Tricl. (μ′ν′τ′$a^b H^b$S); in aliis (CEOQV etc.) neutro loco, ut nec in plurimis Moschopuleis.

52 Glossae: δυσφροσύναν] ἀθυμίαν A | λύπην NO | ἢ τὴν μωρίαν O^b | τῶν ἀλγεινῶν Z (pertinet ad interpolatam lectionem) || δυσφοράν] δυστυχίαν, δυσφροσύνην Σ — Uno Thomano codice (Σ), qui interpolatione passim infectus est, excepto, omnes meliores libri in δυσφροσύναν (ας) παραλύει consentiunt. Moschopulus et transpositionem et genitivum δυσφρόνων invexit, quem gl. recc. τῶν ἀλγεινῶν (in q Z, ubi gl. ad recc. pertinent) τῶν λυπηρῶν et Comm. Mosch. ἐλευθεροῖ τῶν ἀλγεινῶν exprimunt. Sch. A τὸ δὲ τυχεῖν. τὸ τυχεῖν πειρώμενον ἀγω[νίας] καὶ λύπην λύει καὶ τὴν ἀθυμίαν ἐκβάλλει[.] τῷ [γὰρ] ἀποτυγχάνοντι κοινὸν ἔγκλημα ἡ ἄνοια καὶ ἡ ἀφροσύνη. ὁ νοῦς· πρῶτον μὲν τὸ πειρᾶσθαι ἀγῶνος παρέχει κάματον τοῖς ἀγωνιζομένοις, ὕστερον δὲ πόνων λύσιν καὶ εὔκλειαν ἔχει. Sch. B τὸ δὲ ἐπιτυχεῖν καὶ νικῆσαι ἀποπειρώμενον ἀγῶνος τῶν δυσκόλων φροντίδων τῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ ἀπολύει. cui tria alia commata addita sunt in [DC] GOU etc. haec 1. οὕτως ἐπιτυχών, οὐκέτι ἐν ἀγωνίᾳ ἐστὶ, παρόσον ἄφρονας μὲν λέγουσι τοὺς ἀγωνιζομένους, τοὺς δὲ νικήσαντας οὐκέτι. 2. ἢ οὕτω. τὸ πειρώμενον τοῦ ἀγωνίσματος τυχεῖν, λύσιν ποιεῖ τῆς ἀφροσύνης, ὥσπερ τὸ μὴ νικᾶν (ita U) ἄφρονα ποιεῖ. 3. ἢ οὕτω· τὸ νικῆσαι δὲ, φησὶ, τὸν ἀγωνιζόμενον, παράλυσιν ποιεῖ τῆς ἀφροσύνης καὶ [τῆς om. U] λύπης. δύναται δὲ καὶ κυρίως κεῖσθαι ἡ ἀφροσύνη, ἵν' ᾖ· ὁ νικήσας νομίζεται ἐκτὸς ἀφροσύνης εἶναι. κρίνουσι γὰρ [καὶ om. U; in O est οὐ pro καὶ] τὸ εὖ βεβουλεῦσθαι διὰ τὸ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. — Manifestum est in postremo commate de diversa vocis ἀφροσύνη potestate disputari, utrum ἀκύρως pro λύπη an κυρίως pro μωρία valeat. Eadem disparilitas in Sch. A occurrit. Haec viam corruptionis ostendunt. Nam cum aut ἀφροσυναν aut ἀφροσυνας traditum haberent, alii id pro δυσφροσύναν s. τὰς δυσφροσύνας, i. e. λύπην, alii vero proprie acceperunt. Rursus alii (ut A) ἀφροσυναν quartum singularis, alii (ut B) secundum pluralis casum esse existimabant, ut ἀφροσυνᾶν παραλύει idem esset quod Hesiodeum ἐλύσατο δυσφροσυνάων Theog. 528. Possit etiam diversitas casuum ad ἀφροσύνας acc. pl. et ἀφροσύνας gen. sing. trahi, sed minus bene. Hinc orta glossa δυσφροσύναν vel δυσφροσύνας s. δυσφροσυνᾶν

(i. e. δυσκόλων φροντίδων) expulit germanam scripturam. Recte autem A et D, 3 extr. de crimine stultitiae videntur interpretari. Trita est opinio veterum de infelici pro stulto, felici pro sapiente habito; cf. interpp. ad Ol. V, 16; eandemque sententiam Pindarus protulit P. VIII, 73 sq. εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπαται μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ, πολλοῖς σοφὸς δοκεῖ πεδ' ἀφρόνων. Genitivus aut sing. aut plur. (cf. Hom. Od. π, 278. ω, 457) praestat accusativo, ut sit: Obtinere victoriam eum qui certaminis periculum facit ab ineptiis i. e. a reprehensione stultitiae liberat. Arsis quidem alias non est soluta in hac sede, quamquam vs. 92 ἀλαθεῖ scribi potest. Vide ad vs. 15. Gu. Dindorfius παραλύει δυσφρονᾶν proposuit, quod Sw. et Bg. acceperunt, collato Hes. Theog. 102 δυσφρονέων ἐπιλήθεται. Cui coniecturae ingeniosae obloquitur Lobeck. Path. I p. 423 sqq., eaque debili fundamento emendationum Byzantinarum nititur, quum Sch. B ambiguum sit et cum lectione ἀφροσυνᾶν conciliari possit.

54 In interpretatione Theotisca olim erravi: „Sie ist es die wilderen Kummer bändiget tief", secutus Thierschium et primum Sch. Vet. comma. Hoc autem non inter genuina Vaticana sed adsiticium est et recentius. Sch. AB recte haec de cura pulchrarum rerum venatrice intelligunt, quam virtus et opulentia menti subiiciant.

56 νιν (μιν)] gl. vet. τὸν πλοῦτον — τὸν πλοῦτον μετὰ τῆς ἀρετῆς — τὸν σὺν ἀρεταῖς πλοῦτον — καὶ αὐταῖς (sic) τήν τε ἀρετὴν καὶ τὸν πλοῦτον. ἢ νὶν καὶ αὐτὸν τὸν πλοῦτον. διχῶς γὰρ [νε]νόηται (s. νοεῖται). (haec A). — τὸν τῆς ἀρετῆς πλοῦτον. gl. Mosch.

56 Nullus bonorum librorum ἔχει legit, nullus coniecturas vv. dd. εἴγε (Bö.²), εὖ δὲ (Ra. Hm.), ἐν δὲ (Ta. Sw.), οἶδε (Bg.) confirmat. Nec nisi a recentioribus grammaticis (ut ab Eust. p. 714, 63. cf. gl. N ἐστὶν. ἢ ἔχει.) participium ἔχων h. l. pro verbo finito poni creditur. In eandem sententiam quum olim disputavi (Pind. p. 80 sqq.) et nuper (Germ. Sch. p. 15 sq.), nunc ut animum mutarem persuasit God. Hermannus, qui (ad Aesch. Ag. 404) optime docet participio ita tantum finiri posse protasin, ut sit pro si quis talis est qui, omisso ἐστιν, quod recte dicit ab hoc loco alienum esse. Idem εἰ δέ νιν ἔχων τις, οἶδεν τὸ μέλλον sententiae quoque perversitatem aliquam continere observat. P. III, 80 longe aliter et simplicissime dictum est. — Omnes vett. paraphrastae verba εἰ — οἶδεν iunxerunt, huiusque protaseos apodosin extrinsecus ali-

eunde quaesiverunt. Quod duplici modo fecerunt. Aliis δὲ vim suam retinet, ut sit progredientis orationis, apodosis autem mente subiiciatur οὐκ ἂν αὐτῷ εἰς ἀδικίαν ἐχρήσατο (B), vel χρῆσθαι αὐτῷ πρὸς εὐσέβειαν δεῖ (D). Similiter Hermannus: „Volebat dicere, si quis opes virtute temperatas possidens sortem intuetur eorum qui propter bene facta diis cari sunt, is ita utitur divitiis ut hic Thero. Sed delatus ad descriptionem illius beatorum sortis, pro apodosi, quae sequi debebat, aliam liberius conformatam (vs. 89) substituit ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον et quae sequuntur.“ Sed talis anacoluthia huic dicendi generi minus apta est. Alii vero δέ vel prorsus abundare vel pro δή positum esse credentes apodosin verba proxima ἀστὴρ ἀρίζηλος etc. esse statuebant, quae exceperit protasis εἰ δὲ i. e. εἰ δή, s i q u i d e m (aber nur dann wenn). Id sententiae aptissimum. Nam tum demum v e r a est lux opulentia, quum quis futuras malorum poenas respiciens ea non abutitur religiose. Sch. A ἀστὴρ ἀρίζηλος. ὁ τοιοῦτος πλοῦτος ὁ μετὰ ἀρετῆς ἀστὴρ ἀρίζηλός ἐστι καὶ ἐτυμ[ώτατον] ἀνδρὶ φέγγος. Hoc recte dicit A; nec audiendus est Ht. Pergit autem εἰ δέ νιν ἔχων. ἤτοι καθόλου καὶ ὁλοκλήρως ἐξαιρετέον τὸν δὲ σύνδεσμον, ἢ μεταληπτέον εἰς τὸν δή. ὁ γὰρ λόγος τοιοῦτος· ὁ μετὰ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος ἀστὴρ ἀρίζηλος καὶ ἀληθινώτατον ἀνδρὶ φέγγος, εἰ δή τις αὐτῷ χρήσηται εἰς δέον καὶ οὐκ εἰς ἀδικίαν, κατατιθέμενος τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἀλλὰ τουναντίον εἰς δικαιοσύνην. Haec non sunt mutila in fine, ut Bö. ait, sed integra. Vide Schneider. in App. Pind. Suppl. p. 64; ubi idem ἐξαιρετέον bene emendavit. Nam illa A ita corrupta exhibet ἤτοι καθόλου καὶ ὁ λό κλ κλ ἐξαίρετον. τὸν. — Idem valet δὲ (s c i l i c e t, nämlich) vett. Scholiastis O. IV, 22 ubi diserte dicunt ὁ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ. Quo sensu quamquam εἴ γε facilius esset, tamen testimoniis tam disertis firmatum εἰ δέ non moverim. Nec magis hoc offendat, quam δέ in apodosi ut O. III, 43; cf. de simili δὲ ad priora relato Hm. ad Soph. Antig. 527. 1181. Sin aliter videtur lectori benevolo, anacoluthiam amplexus caveat sibi ab εἴγε, quod lyricae elocutionis non est.

59 sq. Quatuor fuisse videntur obscurorum verborum interpretationes veteres. Duae de palingenesia, ita. Alteri (B, 76, 10—19. A, 77, 2 — 5) ἐνθάδε cum ἀπάλαμνοι, αὐτίκα cum θανόντων, κατὰ γᾶς cum ἀλιτρά, ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ cum δικάζει, mira verborum contorsione, iungentes, hoc voluerunt: Ii qui hic (in terra) insuperabili mente scelesta usi sunt, statim post mortem

(illic, in Orco) poenas luunt; quae vero sub terra peccata sunt, ea (postquam revixerunt) sub hoc Iovis imperio iudicat deus aliquis (non infernus, sed Olympius) infestam sententiam dicens. — Alteri (duce Aristarcho, Sch. A, 75, 35 sq. Sch. AB 76, 34—36) inverso ordine idem voluerunt: Mortuorum incurabiles mentes (i. e. qui ne apud inferos quidem pure vixerunt) in terra statim (simulac remissae sunt) puniuntur; qui vero in terra peccaverunt, apud inferos iudicantur et puniuntur. Quae sententia et αὖτις (Ra.) requirere videtur, et nexum sententiarum incommodum praestat, quum post οἶδεν τὸ μέλλον non de reviviscentium punitione terrestri, sed primum de mortuorum punitione apud inferos dictum iri exspectetur. — Restant duae interpretationes, quae palingenesiam mittunt. Quarum altera est Chrysippi plane singularis: A mortuis (θανόντων pro ὑπὸ θανόντων usurpato) in terra alii puniuntur scelerati (ut Clytaemnestra ope Agamemnonis daemonis s. spectri); alii vero sub terra iudicio inferno damnantur. Quae alienissima est. Altera vero simplicissima (A, 75 extr.) non duas peccatorum partes facit, sed verbis τὰ δ' ἐν τᾷδε κτλ. idem iudicium infernum accuratius describi statuit, quod prioribus verbis poeta generatim indicaverit. Eodem redit quod nonnulli τὰ δὲ ἀλιτρὰ pro τὰ γὰρ ἀλιτρὰ dictum esse voluerunt (A, 76 extr. ubi haec non debebant cum sqq. misceri). Hi ἐνθάδε ad τὸ μέλλον retulerunt ut sit ἐν τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ, ubi iam αὐτίκα optime se habet; nec fortasse ἀπάλαμνοι φρένες iis scelerati*) animi sed ἀμήχανοι valebat, ut esset: „statim post mortem inopes hominum mentes poenas luere eorumque delicta (non scelera) humana a subterraneo aliquo arbitro iudicari.“ Facio cum his ἁπλούστερον ἀκούουσιν, etsi sunt quae Aristarcheae rationi (non reliquis) faveant, ut usus adverbii ἐνθάδε Platonicus. cf. fr. Thren. 1. Sed non sequitur ἐκεῖ, immo ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ quod opponitur praecedenti ἐνθάδε. [Sin κατὰ γᾶς ei opponitur, ut fr. Thr. κάτω?] Mihi autem poeta vs. 57—60 punitionem malorum, vs. 61—67 remunerationem bonorum ita persequi videtur, ut haec omnia ad solum Orcum pertineant; tum vero (postquam vs. 67. verbis τοὶ δ' etc. priora [57—60] respexit) novam rem exordiri et ad summam beatitudinem, quae tribus vitis exactis obtineatur, describendam pergere. Neque video cur scelestorum poenas (easque redivivo-

*) gl. marg. E ἄδικοι μακραὶ ἀσύνεται. αἱ ὑπὸ τῶν μωρῶν φρενῶν ἐργασίαι.

rum postquam in Orco peccarunt) ad opulentos homines commonendos proferre maluerit, quam generaliorem de humanarum rerum brevitate et inopia sententiam, ut in illo pulcherrimo θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος. De ἀρεταῖς rectissime statuit Ky. Nec divitiarum nec victoriarum (ἀρετᾶν) ulla brevem dominum sequetur. Tum de iis tantum agitur, quae bene facta sint, quae secus. Ita omnia perspicua, progressui orationis apta, tantoque poeta digna evadunt.

59. 60. Ex Sch. A τὸν τῆς τιμωρίας λόγον σωματοποιεῖ. ἐνταῦθα δαίμονα τὴν ἀνάγκην, ᾗ (cod. ἢ) τὰς ἁμαρτίας λέγουσιν οἱ ἀκούοντες (ii qui de re audiunt, iudices quaestionis?), nisi λόγον. σωματοποιεῖ ἐνταῦθα scribendum est, colligas fuisse qui scriberent δικάζει τις ἐχθρᾷ Λόγος φράσαις Ἀνάγκᾳ, ut Intellectus esset iudex quaestionis, qui divae Necessitati peccata diceret peccatoresque traderet. Quod si voluerunt, id certe alienum est. Sch. B δικάζει τις (sc. Ἅιδης) ἐχθρᾷ, λόγον φράσαις, Ἀνάγκᾳ (sc. διδοὺς) legisse videntur.*) Personatam necessitatem abiecerunt Byzantii; Moschopulus genitivum invexerat, dativum Tricl. (cum Thom.) reduxit. Nominativus ἐχθρὰ ἀνάγκα, quem Ht. reposuit, non habet quo nitatur, nisi paucorum mss. (ut et M φράσασ') consensum. A quod inter nominativum et dativum fluctuat non magni facio, quum saepe (ut antiquissimi facere solent) de accentu peccet.

61 sq. Ex his constat duas tantum lectiones, deductis vitiis, exstare: alteram traditam ἴσαις δὲ (δ' ἐν) νύκτ . . . . ἴσαις δ' ἐν ἁμ. sed aut simpliciter aut dupliciter corruptam, intruso ἐν e glossa, ut saepe; alteram ἶσον δὲ νύκτ . . . . ἶσα δ' ἐν ἁμ. temere Scholiorum ope a Moschopulo suppositam Triclinioque probatam. Reliquae scripturae multiformes alterutrius corruptiones sunt et misturae. Scribe ἴσαις δὲ νύκτ . . . . ἴσαις δ' ἁμ. arseos solutione non admissa, ea lege, de qua disputavimus ad vs. 15. Scholion Vetus

A ἶσον ἡμῖν τοῖς ζῶσι χρόνον ἐπιβάλλει (cod. ἐπιθάλλει) ὁ ἥλιος καὶ τοῖς καθ' ᾅδου δικαίοις.

B ἶσον ἡμῖν αὐτοῖς χρόνον ὁ ἥλιος ἐπιβάλλει καὶ τοῖς ἐν ᾅδου δικαίοις.

tantum abest ut emendationem Moschopuleam tueatur, ut verbis ἶσον ἡμῖν χρόνον etc. poetica illa ἴσαις νύκτ . . . ἴσαις δ' ἁμ. etc.

---

*) cf. marg. E τῇ ἀνάγκῃ φησὶ παραδίδονται οἱ ἀσεβεῖς, ἥ ἐστιν ὑποχθονία θεά.

breviter exprimere videatur. Veteres igitur nihil aliud intellexerunt nisi apud inferos quoque ut apud mortales solem interdiu lucere atque eadem dierum noctiumque spatia obtinere, sed vitam beatis minus esse laboriosam. Consentaneum est, quum ἀπονέστερον comparativus ad mortales spectet, etiam ἴσαις ad eandem comparationem pertinere. Sed Moschopulo aliter visum est. Is primus de continuo qui per dies noctesque beatis luceret sole cogitavit, perperam. Hoc recte perspexit Rauchenstein, quamquam eidem viro praestantissimo vulgatam defendere conato non assentior. Ex altero membro ad prius cave ἅλιον ἔχοντες subaudias, sed contrarium potius οὐκ ἔχοντες, vel σελήνην, vel generalius aliquid ut χρόνον, ut sit schema ἀπὸ κοινοῦ (cf. ad O. I, 104) et dativus temporalis. Nisi malis: „sol sive oriens sive occidens dies noctesque efficit; habent inferi solem ita ut easdem noctes eosdemque dies efficiat, quos superi habemus“ — dativo modali sive terminali. Acutissime igitur eandem inferorum conditionem definit, quam fr. Thren. 1 verbis τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω disertius describit, ut sol, qui superis occidat, inferis oriatur, et vice versa. Fefellisse videtur Moschopulum falsa lectio δέρκονται, falsius etiam cum αἰεὶ et ἅλιον coniuncta; nam etsi idem ea expulsa νέμονται substituit, tamen haesit aliquid hoc genus: „solem semper vident, etiam noctu.“ — Caeterum gl. E^{m} ἐπεὶ ἐν ταῖς νήσοις τῶν μακάρων ἀεί ποτε ἐναυλίζονται, εἰκὸς περιλάμπειν ἐν αὐτοῖς τὸν ἥλιον διηνεκῶς eodem redit quo tendit Moschopulus. — Distinctio mssorum fluctuat ita ut haesitasse appareat librarios quomodo verba construerent, cum δέρκονται ad iuncturam ἅλιον δέρκονται invitaret: — post ἔχ. dist. Z Al. (non dist. ACEOV aliique) — ante ἔχ. et post ἐσλοί B — post ἀπόνεστερον NQ*q* — et post et ante ἀπ. DFS.

63 Ambrosianus χον supra δέκονται habet, id est glossa δέχονται, optime. Vestigium germanae scripturae fortasse servavit Palatinus, δε supra (vel δὲ ante) δέρκονται adscripto. Omnes reliqui veteres (etiam geminus Palatini Mediceus [Q]) et Thomani in vitio δέρκονται conspirant, nam RD^{b}G^{b}W^{m}Z^{mb}Δ^{b}, qui νέμονται habent, interpolatis adnumerandi sunt. — Intellige δέκονται aut c a p i u n t c a r p u n t, aut a c c i p i u n t (mercedem); non f e r u n t p a t i e n t e r, quod ad rem ingratam pertinet. Illud c a p i u n t ut praeferamus et γλυκὺν ἑλὼν βίοτον P. II, 76 et Scholia Vetera persuadent: ἀπο-

νέστερον ἡμῶν*) διάγουσι τὸν χρόνον A ἀπονέστερον διάγοντες B. — Ex Sch. Vet. et e proximo νέμονται (66) temere arrepto — non magis considerate quam ἴσον-ἴσα e Sch. Vet. ἶσον — vulgatam procudit Moschopulus, qui id tamen recte sensit, nec videndi notionem, ob ἥλιον, huic loco convenire, nec de videndo locutos esse veteres interpretes. Sola Germani paraphrasis δέρκονται exprimit. Nunc quum praestantissimus et vetustissimus codex praeclaram Wüstemanni coniecturam confirmavit, reliqua editorum pericula — δράκησαν Bö. δέδορκαν (δεδόρκαντι βίον) Hm. δρέπονται Geel. δράκονται (δρέκονται) Bg. — ad unum omnia cadunt, ut et traiectum δέρκονται ἐσλοί quod ante me (Schol. Germ.) iam Ahlwardtio in mentem venisse video, insolita in his numeris correptione diphthongi.

63 Explosa quidem est vulgata Moschopulea, sed est quod offendat in altera lectione ἐν χερὸς ἀκμᾷ. Ubi tandem ἐν ita simplici dativo praefigitur? Excepto I. I, 25 ὁπότ᾽ ἐν δίσκοις ἵεν ubi ἐν coniectura parum probabili invectum est, quaecumque e Pindaro afferuntur exempla, ut ἐν χερσὶν ἐδάμασσε πώλους P. II, 8 — ἐν λόγῳ ἕλκειν N. IV, 93 — ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι I. IV, 53, re accuratius pensitata alius generis sunt. Nam talibus imago inest habenarum, vinculorum, potus potu commixti; vide singulos locos laudatos. Imago autem tenendi „inter manus“, vinciendi, miscendi aliena est ab ἐν χερὸς ἀκμᾷ ταράσσειν χθόνα, nam ut ipsa illa iunctura acies manus per se offendit, ita non sine perversitate aliqua solum, quod manu subruitur, cogitari potest in acie manus esse vel intra aciem manus versari, ut gladius est in manu Amphitruonis N. I, 52, et pulli versantur quasi inter manus eius qui habenas tenet P. II, 8. Nec magis aptus est huius praepositionis usus modalis, ut sit pro, secundum; nam ἀκμὴ χειρὸς aut extrema manus aut fortis est, non lex vel norma aliqua, ea quae huic legi subiecta sunt amplexa. Neque hoc ἐν referri potest inter illa ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν et similia, quibus eadem amplectendi notio subest, nam ea quae conspicimus, audimus, capimus, iam esse in oculis, auribus, manibus nostris informantur, ut prolepsis insit pariter atque in illo ἐν πυρὶ καίειν. Neque adverbialia ἐν δυνατῷ, ἐν βραχεῖ (id est intra ambitum eorum

*) ita A, non ἡμῖν, ut A.

quae fieri possunt, verborum brevium) sufficiunt ut ταράσσειν ἐν χ. ἀ. ostendant valere „strenue subruere.“

Desideratur genitivus instrumenti ad simplicem dativum adiectus ut in illis ἀκμᾷ ἔγχεος ζακότοιο ἐνάριξεν Ἀόος υἱόν N. VI, 54 et τὸν ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας ἀκμᾷ N. X, 60 et P. IX, 81 φασγάνου ἀκμᾷ ἔπραθεν Εὐρυσθῆος κεφαλάν. Scribe ἔγχερος ἀκμᾷ. Ἔγχειρ, obsoletum derivati ἐγχειρίδιον primitivum, adde sodes ad ea quae Lobeck. Parall. I, 208. collegit. Eodem Scholia redeunt. Nam τῇ ἀκμαζούσῃ χειρί recentius interpretamentum est, nec reperitur nisi in additiciis codicum DU etc. Ambrosiana (A) et Vaticana (B) non ita sed de aratro, hasta, aere loquuntur, quod quid sit, nunc demum intelligimus. Sch. A χερὸς (scr. ἔγχερος) δὲ ἀκμῇ ἀντὶ τοῦ τῷ χαλκῷ νῦν. καθὸ καὶ Ἀρίσταρχος. ἔνιοι δὲ (ἔγ)χερος ἀκμῇ ἀντὶ τοῦ τῇ αἰχμῇ (cod. insubide ἀκμῆ), οἱ ἀλληγορικῶς ἀκούουσιν. etc. — Sch. B τινὲς δὲ χερὸς ἀκμᾷ τὸ ἄροτρον ἢ τὸ δόρυ, quod ex τινὲς δὲ ἔγχερος ἀκμὴν οὐ τὸ ἄροτρον, ἀλλὰ τὸ δόρυ corruptum esse existimo. Apparet enim duas tantum (non tres) fuisse veterum sententias: alteram de aratro s. vomere aratri (τῷ χαλκῷ), ut ταράσσειν χθόνα proprie dictum sit de solo subvertendo; alteram vero de hasta, ut translate de motu bellico. Inter illos Aristarchum et Didymeorum diasceuasten fuisse constat; hi ἔνιοι sive τινές qui fuerint nescimus, sed iidem non potuerunt aratrum inferre quod contrariae opinionis est. Relinquitur Sch. B ἐν χερὸς ἀκμᾷ: τῷ καρπῷ τῷ ἐπὶ (B ἀπὸ) τῆς χειρὸς, ubi pro καρπῷ ex A χαλκῷ substituendum esse censeo, cum haec de Aristarchi sententia, quam collector Scholiorum amplectitur, disputata sint. Occurratur Aristarcho stivam, non vomerem aratri manu teneri, ut ἔγχειρ potius ligo vel integrum aratrum fuerit quam vomer, collato deminutivo ἐγχειρίδιον, quod ex parte ansae vel capuli totum instrumentum significet. Male autem grammatici finxerunt adiectiva ἐπιχειρίδιος (Aesch. Suppl. 22 substantivum est) et περιχειρίδιος. Occurratur nobis mirum esse huius vocis ἔγχειρ ne minimum quidem in Vett. Lexicis vestigium deprehendi.*) Utut est, ex hac Alexandrinorum dissensione, quae ad interpretationem, non ad

---

*) cf. tamen Lexx. s. v. ἐγχειρογάστορες et de ἀχείρητος Soph. O. C. 698 (id est ἀχειρούργητος) Ritschl in Progr. Bonn. 1862, XII. ad quod addas videri ἐγχειρέω et ἐπιχειρέω ab ἔγχειρ et ἐπίχειρ formari, ut αὐλέω ab αὐλός, γειτονέω a γείτων, ἐπισκοτέω ab ἐπίσκοτος.

lectionem pertinet, cave colligas fuisse qui ἔγχεος vel ἔντεος scripserint. Nec placeret εὖ χερὸς ἀκμᾷ. — Antiquum N in talibus vocibus haud raro vel in mss. pro Γ invenitur, ut O. IV, 7 uno A excepto omnes meliores libri ἐκατον | κεφάλα praestant et N. VII, 38 similiter ἐν βασίλευεν vett. pro ἐμβ. cf. Bu. I, 21, not. Fortasse idem vitium accidit N. IX, 43, ut pro ἐν κονίᾳ χέρσῳ — nam Κόνιος suspectum est — scribas ἐγκονίᾳ. Cf. N. III, 35. Sed N. X, 56 malim ὑποκευθέσι ἐν γυάλοις scribere, duce Scholiasta, quam ὑπὸ κεύθεσι ἐγγυάλοις. Caeterum quum serae Graecitatis esset ἐν χειρὶ τύπτειν τινά pro χειρὶ τ. τ., et ἔγχειρ vox diu desueta, nihil mirum est librarios ἐν χερὸς ἀκμᾷ et scripsisse et pro simplici instrumentali habuisse.

65 Sciendum est non solum ἀλκᾷ χερῶν sed etiam formam κεινάν interpolationi deberi. Quinquies forma κενεός apud Pindarum legitur, semel tantum — omnium librorum consensu — κεινός O. III extr. Possit εαν synizesi proferri, sed anacrusis h. l. novies longa est. An olim κενϝός, στενϝός, ξένϝος fuit?

65 Sch. Vaticanum (B) non exstat ad τιμίοις θεῶν, sed in additamentis (DG etc.) hi partim dii inferni (Pluto, Proserpina) cum Moschopulo, partim οἱ τιμωρούμενοι ὑπὸ (sic U pro ὑπὲρ) θεῶν intelliguntur. Ambrosiana (A) ambigue τοῖς τιμωμένοις θεοῖς, quod credas esse eos qui a diis honorantur, ut Aeacum, Minoa — cum Dissenio; vel simpliciter bonos. Nisi malis idem τιμωμένοις etiam in altero commate D pro τιμωρουμένοις scribere. De οἵ τινες, id est quicunque, facio cum Sw. (contra Ra.), ut non pertineat ad τιμ. θεῶν. Vide an τίμιοι θεῶν ii mortales intelligantur, qui antea a diis honorati (τιμώμενοι) postea vero puniti (τιμωρούμενοι) sint, ingrati, ut Tantalus O. I. Ita verba τοὶ δ' sqq. ad τιμίοις θεῶν referuntur et concinnior est orationis progressus.

67 Sch. AB praeter ἀπροσόρατον saepius commemorant ἀπροόρατον. Sed multo magis friget „inexspectata poena" quam id quod sensibus obiectum est „inaspicabilis poena". τοῖς δ' haud credo olim lectum esse: „his sanctis hominibus (vel „diis") intolerabilem poenam [illi] sustinent" — quanquam Sch. A ita intelligi possint — nam subiecto opus est.

68 ἐκχέω ab ἔχω non video quo pacto recte formari possit, nisi sit pro ὀκχέω dialecticum, ut ἔδοντες et ἐδύνα pro ὀδοντες, ὀδύνη Aeolica; ϝέργανον pro ὄργανον Doricum. Sch. AB et glossae ἔχουσιν interpretantur; sed Sch. B etiam ὑφίστανται καὶ βαστάζουσιν.

Forma autem ὀκχέω et ipsa rarissima ab ὀχέω videtur geminatione aspiratae Aeolica factum esse, ut ὄκχος, Σαπφώ, Πιτθεύς et nostrae linguae voces similes apfel etc. Callim. Iov. 23 πολλὰς δὲ Μέλας ὤκχησεν ἀμάξας, ubi olim ὤχησεν legebatur. Idem ὀκχή habet, ut Pindarus ὄκχος, quod Aeolium fuisse Grammatici testantur. Vide Steph. Thes. Hae voces tam sunt rarae ut credas ἐκχέοντι meram esse corruptionem ineptam, quoniam ἐκ - χέω notum, ὀκχέω non item.

68 Hoc loco prima fit palingenesiae mentio, quam quidam non recte ad vs. 61 sqq. retulerunt. Vita iustorum in Orco vitae mortali simillima, sed contemplativa sine labore. Superior autem beatorum ordo vita splendidissima et quasi divina fruitur. — Numerum ternarium quaeras quomodo poeta acceperit. Sex vitas si statuit, postrema apud inferos fuerit necesse est, ut inde ad beatorum insulas perveniant. Hoc displicet. Vide an binas tantum terrestres, singulas intermedias infernas statuere voluerit. — A, εἰς τρίς:

70 Byzantii Scholio AB ἐτελείωσαν, ἤνυσαν, ἐπορεύθησαν recte usi esse videntur, quamquam in Vaticanis (B) etiam bis ἐστάλησαν legitur, ut in gl. Ambrosiani (A) ἀπεστάλησαν. Correpta ante στ syllaba alibi non invenitur: vide tamen ad I, 59. II, 7. 19. Ligatae σθ, στ, σπ, σχ saepissime cum simplicibus θ, τ, π, χ confunduntur in mss., ut in ἔχε et ἔσχε, ἕπετο et ἕσπετο, ὄπιθεν et ὄπισθεν. — Veteres interpretes Iovis viam eam interpretantur quam Iupiter animis ad beatorum insulas faciendam praecipit. Iis haec verba valent: pervenerunt ad insulas beatorum supremi numinis voluntate.

71 Forma accusativi in ος O. I, 53 a Sch. Vet. agnoscitur, N. I, 24 ab Aristarcho memoratur, utroque loco in optimis mss. invenitur. Nostro loco nec agnoscitur in Scholio, nec invenitur in libris melioribus, excepto Gottingensi. Haud facile diiudicaveris utrum νᾶσον an νᾶσος scribere praestet. Triclinii notula lectionem νάσους (quae in nonnullis Moschopuleis reperta est) impugnat, non veterem νᾶσον quae in metrum non peccat. Scholiorum auctoritas et ipsa inter νᾶσος et νᾶσον fluctuat. Tamen ad illud inclino quod ex docta tantum correctione proficisci poterat, cum hoc facile ab indocta originem acceperit, praesertim quum recentiores scriptores etiam de una beatorum insula loquantur, ut Lucian. Ver. Histor. 2, 6. Anth. Pal. VII, 609. (cf. Herod. 3, 26 et Hesych. Phot. s. v. Μακάρων νῆσος.)

72 Ex sola quam habemus paraphrasi vetere (Vaticana) ἐν

αἷς νήσοις πλησίον οὔσαις τοῦ Ὠκεανοῦ αἱ πλεῖσται καὶ ἥδειαι αὖραι τέρπουσαι πνέουσι, nisi minus ea fuit accurata, elicias ἔνθα μακάρων νᾶσος ὠκεανίδας αὖραι περιπνέοισιν.

73 Duo Scholia Vetera exstant; alterum (Ambrosianum): διέστειλεν ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ κατὰ τὴν γῆν βλαστήματα. ἄνθη ἀπὸ δένδρων· ἐλαίας, μυρσίνης, κισσοῦ. καὶ τάδε ἄνθη· ἴα καὶ*) κρόκος. τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ στελέχους καὶ χωρὶς ὕδατος ἀνθεῖ, τὰ δὲ χαμαίζηλα ἐπαρδευόμενα διατηρεῖται θάλλοντα καὶ ἀκμαῖα. Hoc est: „distinguit poeta inter arbores et humiles plantas. Sunt enim flores ab arboribus, ut olivae, myrti, hederae. Sunt vero etiam flores violae et crocus. Atqui qui e trunco arboris crescunt, etiam sine aqua florent, humiles autem irrigatione indigent.“ Grammaticus cum poeta duas florum partes facit. Hinc emenda alterum Scholion (Vaticanum), omisso δὲ ante ἐκ τῶν δένδρων, ita: τὰ μὲν ὄντα ἐκ τῆς γῆς, τὰ ἐκ τῶν δένδρων τῶν ἐν τῇ χέρσῳ· τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ὑδάτων ἀπορροίας τρεφόμενα, οἱονεὶ ῥόδα, ὑάκινθος, ἴα· ταῦτα γὰρ ὕδατι τρέφεται**) ut tria florum genera removeantur. — Est σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ et anacoluthia facilis; nam ad χερσόθεν ex altero membro φερβόμενα subaudiendum est.

75 Lectio igitur vulgata ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις nec satis a codicum auctoritate tuta est, et duplici vitio laborat, abundantia et defectu. Abundantia, nam ὅρμοι a στεφάνοις vel paullo vel nihil diversi. Defectu, nam si manus implicantur coronis, cur non potius capita? — Argutius etiam Scholion Thomanum κεφαλάς subaudiri iubet. — Optimi ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνους praestant. Id nonnulli veterum et Moschopulus cum ἀντιπτωτικῶς dictum esse putarent, et ὅρμους et χερσίν passim suprascriptum esse videmus, quasi poeta ὅρμους καὶ στεφάνους ἀναπλέκοντι χερσίν, id est manibus (instrumentali), dicere voluisset. Ubi ut inauditam ἀντίπτωσιν mittam, vel ipse instrumentalis admodum friget, nec tollitur abundantia. Alii (Thomas, Triclinius) ad στεφάνοις scribendum confugerunt. Quibus argutiis spretis aut στεφάνους servandum et cum gl. F de capite intelligendum est, ut στ. h. l. sit στεφάνη εὔχαλκος Homerica, pars pro toto; aut στεφάνας, κεφαλάς, κροτάφους scribendum est. Ipse olim χερίδας ἀμπλέκοντι conieceram, nunc vero Hm°. assentior. Scholia nihil

*) ita A quod male transcriptum in A est ἴσαν.

**) ubi O ὕδασι τέρπονται U ὕδασι τέρπεται.

novi afferunt. Est in iis et *στεφάνους* interpretamento *κεφαλάς* expressum, et *ἀντίπτωσις* indicata. Tamen *κεφαλάς* melius sonat, auribus meis.

75 Quamquam *ἐν* in quibusdam vett. et in omnibus de quibus constat Moschopuleis omissum est, tamen noli praeferre *βουλαῖσιν ὀρθαῖσι.* Et hoc male sonat, et *ἐν* in talibus legitimum — vide P. I, 62. II, 69 — et ita interiectum maxime Pindaricum est.

76. 77. Olim huic loco non infuisse nomen Saturni non solum veterum librorum consensus, sed etiam Alexandrinorum docet dissensio utrum Iupiter an Saturnus is sit qui Rhadamanthum sibi assessorem habeat. Sch. A *πόσις· ὁ μὲν ἀρίσταρχος πόσιος γράφει ὁ πάντων καὶ τὸν δία ἀκούει συμπότην εἶναι τοῦ ῥαδαμάνθυος· ὁ δὲ δίδυμος ἐπὶ τοῦ κρόνου καθιστᾷ τὸν [λόγον*) . . . .] πατὴρ πάντων ὁ κρόνος, ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον, πόσις ὢν ῥέας, παῖς δὲ τῆς ὕπατον ἐχούσης θρόνον**). τῆς πίσης γὰρ τῶν τιτάνων . . . .***) οἱ γῆς εἰσὶν υἱοί. θρόνον δὲ αὐτοῦ μέγιστον εἰληφέναι ὡς πάντα φέρουσαν καὶ τοῦ κόσμου νομιζομένην εἶναι θεῶν τροφόν, ὡς καὶ ὁ ποιητής· ζείδωρον ἄρουραν. ἔνιοι πόσιν ἤκουσαν τὸν συμπότην:* Sch. B *ὃν πατὴρ ἔχει ἕτοιμον. τὸν δίχα τοῦ κληθῆναι ἐλθόντα, ὅντινα ῥαδάμανθυν ὁ πατὴρ πάντων κρόνος, ὁ τῆς γῆς παῖς, ὁ ἀνὴρ τῆς τὸν ὕπατον ἐχούσης θρόνον ῥέας, ἕτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον.* Is Didymum sequitur. At nec quid Didymus scripserit nec quid Aristarchus constat. Aristarchea lectio, Gerhardo iudice, erat *πόσις ὁ παῖς ὢν*, ita: [Jupiter] terrae pater . . . compotor (Rhadamanthi) filius Rheae —; Didymea, Böckhio iudice, tradita antiqua, omisso *παῖς*, ita: [Saturnus] pater omnium, Telluris [filius], maritus Rheae . . . Quodsi summi illi critici ita scribere atque ita interpretari locum voluerunt, incredibilia sane et subabsurda protulerunt. Bergkio iudice Aristarchus aut *ὃς πατὴρ ἔχει . . . . πάρεδρον πόσιος, ὁ πάντων Ῥέας ὕπατον ἐχοίσας παῖς θρόνον* voluit, aut *ὃν πατὴρ πάντων ἔχει ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον πόσιος, ὧν παῖς Ῥέας ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.* — De his et ipse multa tentavi, nulla quae nunc satisfaciant. Tantum mihi constat hosce criticos non potuisse metrum negligere

---

*) cod. *καθιστᾶ τὸν χρόνον ὀνομάσας πατὴρ πάντων ὁ χρόνος. ἕτοιμον*

**) cod. *χρόνον* compendio scriptum.

***) cod. *τιτάνων χρόνος. οἳ* ubi iterum *χρόνος* compendio scriptum est, Fortasse *θρόνον, τῆς πίσης. πίσα γὰρ τῶν τιτάνων ὁ θρόνος, οἳ* vel *τῶν τιτάνων, οἳ*

ad instar Zenodoti; cf. ad vs. 4. 97. — Corruptus textus, corrupta scholia. Sed duo quae aliena sunt fortasse aliunde inculcata, dico παῖς ῥέας e vs. 12 ab iis qui haec ad Iovem retulerunt, ὁ πάντων πατὴρ e vs. 17 ab iis qui eadem ad Saturnum. Scripturus eram ut in optimis traditum est, omisso παῖς quod ex antiqua parepigraphe ortum esse videtur, et admisso ὑπέρτατον pro ὕπατον. Ita nec „Telluris filius“ nec „Rheae filius“ nec „Saturnus“ diserte nominatur. Sed quamquam γᾶς a metro huius carminis excusationem habebit (vide ad vs. 15), tamen πατὴρ γᾶς multis nominibus offendit, de Saturno Telluris filio, ut dubitantur invexerim πατὴρ χθενὸς in quod olim incidi. Nota γῆς in optimo codice inveniri, non γᾶς. Si Διὸς reposueris, omnis ambiguitas remota erit. Bergk ὃν πατὴρ ἔχει παῒς ὁ Γᾶς ἑτοῖμον πάρεδρον πόσις ὁ πάντων .... Possis etiam παῒς ἑτοῖμον Αἴας πάρεδρον. ... Sed in utroque πατὴρ absolute positum ingratum.

85 Φωνάντ᾽ ἀσυνέτοισιν lemma Ambrosianum, quam vocabulorum divisionem cave opineris fuisse Aristarchi propter Sch. Ambr. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτω διαγρα.... Nam Scholiastes aut vulgatam divisionem Aristarcho deberi indicat, aut διαγράφει ei non dividit valet sed perscribit. Sch. enim non de hac re sed de ἐς τὸ πὰν agens Aristarcho tribuit interpretationem in vulgus, in usum vulgi, cum adversarii eius — quibus Moschopulus astipulatur — ad perfectum harum rerum quas tracto intelligentiam interpretarentur. Bö. cum Aristarcho facit, recte.

86 Sch. B ὁ φύσιν πρός τι ἔχων, sed ibi U aliique φύσει. Etiam A bis dativo reddit φυᾷ quod omnes mss. praestant.

86 Noli putare παγγλώσσιαι reponi posse ut sit pro πάγγλωσσοι, nam κόραξ non est commune, etsi forma παγγλώσσιος maxime mobilis apud Pindarum non offenderet; nisi quis velit a casu recto παγγλωσσίας repetere. Sed distinctione mutata scribi potest μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς, ἄκραντα ... Sch. B ambiguum est. Mssorum distinctio ita fluctuat: . λαῦροι, παγγλωσσία κόρακες. ὣς A et similiter N Cp. , λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς, B Sm. (sed Sm. non dist. in fine) , λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς E Ro. , λάβροι, παγγλωσσία, κόρακες ὣς, S λάβροι παγγλωσίαι (σία s. σσία) κόρακες ὣς, CDFQU , λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς O λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς, Γ Tricl. , λάβροι παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὣς, Mr. St. Ox.*

87 Dualem γαρύετον cum omnes mss. tum grammatici etc.

ut traditam lectionem agnoscunt; cf. Aristid. II, 38. Theophylact. Ep. VII. 12. Greg. Cor. 218; etiam Sch., etsi quidam (Sch. A et τινές in Sch. B) dualem h. l. non recte positum esse dicunt. Sed quid hi vel num aliquid substituerint non dicunt. Supra γαρύετον gl. A τὸ ἑνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ γαρύουσιν, quod ἑνικὸν aut sphalma librarii est pro δυϊκὸν aut γαρύεται scribi postulat, schemate Pindarico. Medium γηρύομαι absolute sine accusativo aliis poetis frequens, non ipsi Pindaro, nam I. I, 34 futurum medium γαρύσομαι cum accusativo coniunctum et per se alius generis est. Utut est, defensorem dualis non nactus est inter vett. interpretes nisi sero (inter additicia Sch. DGÏU etc.), ubi Bacchylides et Simonides illo duali indicari dicuntur. Id conciliatriculam artem redolet. In Sch. B alteruter tantum adversarius memoratur, modo Bacchylides, modo Simonides; in Sch A ambo quidem, sed non ita ut grammaticus dualem inde tueri sustineat. Dawes γαρυέμεν (Hy.) coniecit quod unius Sch. B verbis confirmari creditur quae satis ambigua sunt (et fortasse corrupta) οἱ φύσει χρώμενοι λαμπροί· οἱ δὲ μαθόντες ἄκραντα γαρύειν ἥσσονές εἰσι τῶν καθ' αὑτοὺς ὅ, τι δήποτε μαθόντων ἢ ἐπισταμένων. τὸ δὲ γαρύετον κακῶς. Legitur quidem in U τὸ γὰρ γαρύετον κακῶς τινὲς λέγουσιν εἰρῆσθαι, quasi ad corroboranda priora adiectum. Is si γαρυέμεν scripsit, hunc Infinitivum e μαθόντες pendere volebat, iungens λάβροι π. κ. ὥς εἰσι πρὸς ὄρνιχα, mira verborum contortione. Sed ft. (in illo Scholio) γαρύοντες pro γαρύειν scribendum est.

Dualis verbi tum demum pluralem subiecti excipere potest, quum ex tota orationis perpetuitate manifestum est de duobus agi, ut Hom. Il. δ, 453, vel quum alio pacto excusatur confusio numerorum, ut Od. θ, 48 sq., ubi vide Nitzsch. Nemo enim ad Buttm. Gr. Gr. I, 133 sq. 399 sq. de hoc genere dicendi tuto provocabit. Inaudita autem haec esset obscuritas, ponere primum μαθόντας omnes sciolos, tum praedicato hanc subiecti notionem generalem ad duos restringere, de quibus nihil aliud dictum est. Nam de pari corvorum, ut Il. θ, 185 duo memorantur equorum paria, vix potest cogitari, quamquam ea unica foret huius dualis excusatio, ut apud imitatores Alexandrinos similia de corvis (Arat. 968) et monedulis (ib. 1028) dicta reperies.

Schema Pindaricum non facile removebitur. Quod Attici postea arctioribus limitibus circumscripserunt ita ut neutrius generis substantiva collectivo intellectu cum singulari verbi copulari debe-

rent, id olim paululum fluctuasse videtur, ut etiam apud plurales collectivos generis non neutrius admitteretur. Ita μαθόντες sunt genus totum sciolorum, ut O. X, 6 ὕμνοι sunt genus totum canticorum, quorum numerum infinitum quasi in unum coarcet insequens verbum τέλλεται, ut hoc loco infinitam sciolorum turbam verbum γαρύεται. Quod schema fuerint qui reprobarent et, duali supposito, inimicorum mentionem inculcarent. Nam de toto loco, maxime de grammaticis lites suas invidiosas poetae imponentibus, facio cum Thierschio viro in paucis candido.

Huic generi proxima sunt παλάσσετο (post quinque plurales, quorum primus tantum neutrius generis est) Il. ρ, 387 et θέρμετο ib. ψ, 380 (post singularem et dualem). cf. Matth. § 304. not. 1.

Ht. γαρυέται scribit substantive, cuius formae exempla desidero.

91 Sch. A ἐπὶ σκοπὸν τὴν ἀκράγαντα τείνας τὸν λόγον ne credas postulare accusativum. Est enim hoc de eorum sententia dictum qui σκοπόν urbem, non victorem cogitari volebant; quos refutat Sch. B τίνα βάλλομεν; δηλονότι τὸν σκοπόν, τὸν νικηφόρον. μήποτε δὲ βελτίον ἀκούειν σκοπὸν τὴν ἀκράγαντα. καὶ γὰρ ἐπιφέρει· ἐπί τοι ἀκράγαντι (ita B, sed U ἀγράγαντα) τανύσας. ἐκ δὲ τούτου σημαίνει τὸν εὔκαιρον καὶ εὔστοχον λόγον. Vult enim urbem locum esse quo dirigantur sagittae, ipsum vero scopum Theronem, ut Agrigentum versus in Theronem mittantur. Aliud Sch. B ἐπὶ τῇ ἀκράγαντι τῇ πόλει τοῦ θήρωνος in paraphrasi habet. Hi omnes non de casu, sed de interpretatione disputant. Dativus post ἐπί (ut O. VIII, 48. P. I, 7. IV, 36. IX, 12. 25. N. X, 71. I. VII, 14) poeticus est terminalis, de quo vide ad O. I, 89. Cui in prosa grammaticorum substitui accusativum haud mireris. Nec τα-τα auribus gratum.

91 Hoc τάνυσον glossa est in multis, in aliis πέμψον, ἔκτεινον. Plurimi vett. pro optativo τανύσαις habentes imperativis ἐπίτεινον (A), ἐπάνελθε (B) utuntur in paraphrasi. Alii autem pro participio ἐπὶ σκοπὸν τὴν ἀκράγαντα τείνας τὸ τόξον, μεθ' ὅρκου λέγω (cod. λέγων) τὸ ἀληθὲς καὶ ἀποφανοῦμαι (A). Quos Thomas M. secutus est, τανύσας scribens, sed recc. Byzantii deseruerunt.

92 Falsa scriptura αὐδάσομεν irrepsit paucis ex sequenti ἐν pro genuino αὐδάσομαι, quod omnia Sch. et gl. paraphrasi exprimunt. Quodsi τανύσαις participium est, αὐδάσομεν apud Pindarum vix ferri potest, etsi tragicis hac anacoluthia uti licuit; cf. Hm. ad Aesch. Pers. 851. Pindarus dicturus erat „Directis Agrigen-

tum versus telis feriam Theronem“, sed ab imagine regressus dixit αὐδάσομαι κτλ. Id multo magis poeticum est quam: „Dirigas Agrigentum tela. Dicam Theronem.“

92 Ad ἐνόρκιον gl. καὶ μετὰ ὅρκου A; ἔνορκον, ἐνώμοτον, ἀληθέστατον, διώμοτον alii — Sch. A μεθ' ὅρκου λέγων τὸ ἀληθὲς [καὶ] ἀποφανοῦμαι — ἀποφανοῦμαι μεθ' ὅρκου τὴν ἀλήθειαν — ὄμνυμι ὅρκον ἀληθέστατον — Sch. B ὄμνυμι ἔνορκον (non ἐνόρκιον) ἀληθέστατον — Erat quum dubitationem moveret forma ἐνόρκιος, ut ἔθ' ὅρκιον, ἐν ὁρκίῳ λόγον ἀλαθῆ νόῳ s. ἐν ὁρκίῳ λόγῳ ἀλαθῆ νόον, ἐνώμοτον, ἐν ὅρκιον (hyperbato) tentarem. Sed quum reputo ἐνόρκιον esse id quod dignum est eius qui ἔνορκος (iureiurando obstrictus) est, nihil moveo.

93 Ambrosianus optime confirmat Schmidii coniecturam. In Vratislaviensi apographo (A,$^{\alpha}$) γε omissum est negligentia librarii, nam in lemmate Ambrosiano (A,) est γε. Scholia praepositiones addunt in paraphrasi ἀπὸ (A utroque loco) πρὸ ὅλων (B) ἐφ' (Mosch.), unde Hm. γ' ἐπ' ἐτέων coniecit. — Si quid periit, potius γ' ἀπ' ἐτέων scribendum est. Sed recte se habet genitivus eo sensu quem indicant scholia, ut sit vel seit (cf. Aesch. Ag. 288) vel im Laufe von (cf. Hom. Il. λ, 690 τῶν προτέρων ἐτέων); vide Matth. Gr. Gr. 377. b. c. Caeterum Sch. (quae non exprimunt γε) iungunt μήτε μεγαλοφρονέστερον, μήτε εὐεργετικώτερον, μήτε συνετώτερον (A) εὐεργετικὸς καὶ συνετὸς καὶ μεγαλόφρων οὕτως (Addit. DGU etc.) quasi tria Pindarus in Therone laudasset, non duo. Sed alio loco Sch.: πρὸ ὅλων ἑκατὸν ἐτῶν . . . μηδὲ ἄλλον εἰς εὐεργεσίαν τῶν φίλων πρόχειρον ἢ πρὸς ἐπίδοσιν χρημάτων ἀφθονέστερον (B) καὶ φιλικὸν ἄνδρα καὶ μεταδόσει χρημάτων εὐεργετικώτερον λέγει τὸν Θήρωνα (A) Haec duo legimus, tria illa frustra quaeruntur.

97 Etiam P. II, 69 θέλων in omnibus libris, utroque loco ita, ut metro conveniat θέλων, non ἐθέλων, nam h. l. arsis in rell. non soluta est. Crasin illegitimam iure damnat Ahrens (de Cr. et Aph. p. 17.) et h. l. et P. X, 5. ἱπποκλέᾳ ἐθέλοντες et I. V, 43 θυμῷ ἐθέλων; idque confirmant mss. qui utroque loco in θέλοντες et θέλων consentiunt. Hi quatuor loci sufficiunt, ut participium θέλων Pindaro vindicemus. Quintus ft. addendus est N. X, 84, ubi eadem crasi admirabili κατοικῆσαι ἐθέλεις a quibusdam scribitur. Sed κατοικῆσαι Schmidii coniecturae debetur, nam in omnibus bonis libris solum est ἐθέλεις (mutilo versu), cui in θέλεις mutato aliquot interpolati (ς' ϰ') addunt νῦν οἰκέειν. Sed etiam ἐθέλων legitur (N. 3, 79.

4, 89. I. 6, 45.), ut O. 6, 83 μ' ἐθέλοντα quod in omnibus libris traditum est non moveam, ut nec N. VII, 10 δ' ἐθέλοντι 90 κ' ἐθέλοι I. I, 15 νωμάσαντ' ἐθέλω. — Cf. O. VIII, 85 ubi omnes mss. ἔργα θέλοι.

97 Aristarchea lectio κρύφον τε id est κρύψιν τε in recc. tantum invenitur. Omnes vett. et Thomani lectionem Non-Aristarcheam κρύφιόν τε praestant. Vide an πόσιος, ἀκροθίνια, κρύφιον non tam ignorantia et incuria numerorum quam ea persuasione nitantur licuisse Pindaro (ut Homero in quibusdam licuit) syllabas ῑο, ῑα etc. ita proferre, ut unam brevem efficiant, quasi sonis sj, nj, fj inter binas vocales interiectis absque effectu positionis, ut in Latinorum qu, id est kw. Cf. gl. codicis Caesarei (U) de ἱππιοχάρμαν O. I, 23; et θεός P. I, 56.

Ad Aristarchum lectionem ἐσλῶν καλοῖς pertinuisse ex Sch. B (et A, ubi bis sine nomine auctoris repetitur Aristarchea interpretatio) abunde constat. Nam in Sch. B κρύψιν θέλων θεῖναι τοῖς τῶν ἐσθλῶν καλοῖς ubi vulgo ἐσθλῶν κακοῖς legitur (a Callierge male invectum de sententia Tricl.), e G et I ἐσθλῶν καλοῖς a Bö. repositum est, idemque est in OU, ut et in B ἐσλῶν καλοῖς. — Alteri quid legerint minus certum est. Nam ex altero Sch. B ἐσλὸν neutrali sensu et τὸ demonstrative acceptum elici potest, sed non κακοῖς, quod inter vetera omnino non apparet. Immo ab his ἐσλὸν καλοῖς ἔργοις pro [τὸ] τῶν καλῶν ἔργων ἐσλόν acceptum esse coniicias, ita: obscurare id quod bonum est in honestis [Theronis] operibus. Sed nescio an integra lectio Non-Aristarchea ea fuerit quam plurimos optimosque libros nostros occupare videmus κρύφιόν τε θέμεν ἐσλὸν κακοῖς ἔργοις obscurare bonum (virum?) malis operibus. Cui suam quum opposuisset Aristarchus κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις obscurationem facere honestis bonorum operibus, assensumque non tulisset recentiorum Alexandrinorum (Didymi?), Moschopulus κρύφον tantum Aristarcheum (aut adiectivum aut substantivum) probavit, sed utrum ἐσλῶν καλοῖς cum illo an ἐσλὸν κακοῖς cum reliquis scriberet haesitans, utrumque et in textu posuit et in Commentario suo interpretatus est, ita θέλων διὰ τὸ θορυβῆσαι κρύφον ποιῆσαι (ἀντὶ τοῦ κρύφιον, τουτέστι κεκρυμμένον, ἄδοξον) τὸν ἀγαθὸν (ita recte *a*) διὰ τῶν κακῶν ἔργων. ἢ ἀφανισμὸν ποιῆσαι τοῖς καλοῖς ἔργοις τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων. Tricl. denique κρύφον τε θέμεν ἐσθλῶν, κακοῖς ἔργοις scripsit i. e. obscurationem facere bonorum, malis operibus.

Haec videntur esse huius loci fata. Tu sequere Aristarchum. Friget profecto κακοῖς prae καλοῖς. At articulus τὸ offendit in hac interpretatione. Vide an τὸ valeat τοῦτο, τὰ τοιαῦτα, et pendeat ex infinitivo λαλαγῆσαι ut κρύφον ab altero infinitivo θέμεν, referaturque ad αἶνον vel ad omnia quae praecedunt, i. e. talia nugari, hariolari. Cf. O. IX, 83 μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοιαῦτα. Hm. θέμεν τὸ λαλαγῆσαι θέμεν τε κρύφον construit, ut utrique praedicato obiectus sit dativus ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις.

Ad μάργων ὑπ' ἀνδρῶν cum Bö. profectus subaudio. Quidam editor temere totum locum sic constituit ἀλλ' αἶνον ἔλᾳ κόρος οὐ δίκᾳ συναντόμενος· ἀλλὰ μάργων γὰρ ἀνδρῶν τὸ λαλαγῆσαι, ἐθέλειν κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις. Quaeritur quid Pindari restet, si ita omnem lapidem movemus.

98 De ἐπεὶ recte disputat Mosch. τὸ ἐπεὶ ἁρμόζεται τῇ ἐννοίᾳ πρὸς τὸ φίλοις εὐεργέτην. τὸ δὲ ἀλλ' αἶνον μέχρι ἔργοις διὰ μέσου παρεμβατικώτερον εἴρηται. Id festinanter legenti et audienti cuivis manifestum est, nec ἔτι. ψάμμος (Bg.²) iuvaret sed tardaret intellectum. A solus περιφεύγει scribit, cum Sch. ἐπεὶ δὲ μετρεῖν ψάμμον ἀδύνατον, καὶ τὰς εὐεργεσίας τοῦ θήρωνος μετρεῖσθαι ἀδύνατον. Is igitur ἐπεὶ δὲ etc. protasin, κἀκεῖνος etc. apodosin cepisse videtur, me arbitro perperam. An δὲ περιφεύγει habuit?

99 Mihi hic locus similis esse videtur periodo admodum poeticae O. I, 8—7. (cf. N. IV, 82 sq.). Volebat enim dicere ἐπεὶ τίς ἂν φράσαι δύναιτο (i. e. quis enim enumerare possit), sed interiecta imagine dicit ἐπεί ψάμμος κτλ. Iam ut O. I, l. l. imago subito interiecta et vera apodosis particulis μηκέτ' — μὴ δὲ copulantur, ita h. l. vera protasis imagini interpositae particulâ καί commodissime iungitur. Et hoc me retinet et aliud quominus Byzantiorum emendationem ἐκεῖνος accipiam. Nam ea forma hoc solo loco apud Pindarum legi postulat. Obstant quinquaginta amplius loci in quibus aut κεῖνος aut κἀκεῖνος (a Bö. in καὶ κεῖνος mutatum) traditum est. Quodsi καὶ κεῖνος ob numeros scribi non potest, καὶ οὗτος vel tale quid reponendum est. At multa sunt in hoc carmine praeter consuetudinem de metro instabilia, etsi ancipites alias nullae, si exceperis vs. 65 ubi κενεάν traditum est. Idem huic versui accidisse videtur quod O. I, 80, ubi pro antibacchio μναστῆρας frigidus amphibrachys ἐρῶντας a metricis suppositus est. Metrum fortasse utroque loco non est ⏑ –́ ⏖́ ⏑, sed ⏒ –́ ⏑ ⏖.

OLYMPIA III.

1 Glossa O et Sch. BOU etc. *ἀρέσαι*; Sch. A *προσηνεῖς τῇ ᾠδῇ γενέσθαι*; gl. QU^{b}Σ*kμ′ν′* et Comm. Mosch. *ἀρέσκειν*. Cf. ad O. VII, 17.

3 Versus 5—11 vulg. bis scripti sunt in C; ideo inter C et C¹ distinctum est.

4 Illud *που* quod in solo codice C (non C¹) est (sphalma), exprimitur in Sch. CDI̤U etc. ita *οὕτω γάρ που ἡ μοῦσα ἐπῆλθέ μοι*. Sed in Sch. AB (et in Comm. Mosch.) nulla invenitur particula. Sch. A (quod in A̤ omissione mutilatum est) *οὕτω μοι* (non *μὲν*) *παρέσῃ ἡ μοῦσα ἵνα τοῖς διοσκούροις ἀρέσῃ. ἢ οὕτω μοι παρέστη ἡ μοῦσα καὶ ἔρχεται, ὥςε δωρίδι διαλέκτῳ νεοποίκιλον ἐπαγγεῖλαι ὕμνον.* Sch. B *μοῖσα δ' οὕτω μοι παρέστα. οὕτω μοι παρέστηκε μοῦσα, ἐὰν* (ita Vaticanus B et editio Romana, sed *παρέστη ἡ μοῦσα ἐὰν* OU; apud Bö. est *παρέστη ἡ Μοῦσα, ἵνα* quod unde ductum sit, nescio, ft. ex I̤G?) *τοῖς διοσκούροις ἀρέσω. ἢ, οὕτω μοι ἐρχέσθω ἡ μοῦσα, ὥστε με δωρίδι διαλέκτῳ νεοποίκιλον ἐξαγγεῖλαι ὕμνον.* Ex his apparet Pindarum nec *ποι* (quod sensu cassum est), nec *που* (quod tenue) nec *τοι* (quod cum corroborare videatur sententiam, re vera frigidum est) scripsisse, sed aut *οὕτω μοι παρέστακεν* aut *οὕτω μοι παρεστάκοι*. Ad optativum ducit *ἐρχέσθω* Sch. B, estque is et ad *οὕτω* et ad infinitivum *ἐναρμόξαι* aptissimus. Forma insolentior *παρεστάκοι* corruptioni *οὕτω μοι παρέστα μοι* occasionem obtulerit; hinc emendatione inficeta vulgatum *ποι π. μοι* et non multo melius *τοι π. μοι* profectum sit. Ad *παρέστακεν* ducunt *ἔρχεται* A et *παρέστηκε* B; cf. P. VIII, 70 sq. *κώμῳ Δίκα παρέστακε*. Est *οὕτω* in utraque interpretatione ambiguum. Optativo iunctum aut ad priora referri potest („ut omnia bona a favore Tyndaridarum exspecto, ita“) aut absolute accipi, ut in illo „Sic te diva potens Cypri“ et in Italorum „cosi cresca il bel lauro!“, ut sit utinam; cf. Matth. § 513. 4. Krüg. § 54. 4. not. 5. Cum praesenti perfecto coniunctum *οὕτω* aut sub hac condicione, aut eo consilio ut placeam, aut simpliciter in hac re, in hoc meo desiderio valeat, sed magis placet optativo iunctum. Pulcrior sic et vivacior oratio. Ne offendat homophonia *οι — οι — οι*, etsi nostro sensui molestior est, cf. Lobeck.

Parall. I, 53sq. et in tribus arsibus deinceps positum αι I. V. 52; quo pacto, si alio nomine stare posset, non displiceret Byzantiorum emendatio ἀνθεῖ ἐπαεί O. XI, 10. Tantum constat aut „Sic Musa mihi adstat“ aut „Sic adstet mihi Musa“ praestare vulgatae „Sic profecto adstitit mihi Musa“. Longe credo a vero aberrasse editorem novissimum, cum pro οὕτω ποι primum ἀντωπές reponeret, tum ἀντωπᾷ emendaret, denique in adverbium ἀντωπόν excurreret.

4 Thomas cum Δωρίᾳ scriberet fortasse ἁρμονίᾳ subaudiri voluit.

6 In tmesi librarii passim accentus omittunt.

7 Est cur praeferas θεόδματον, cum a δέμω formatum esse videatur. Ut hic Moschopulus, ita O. VI, 59 Triclinius η scripsit. P. I, 61 duo codd. η praestant, sed P. IX, 10. I. V, 10 omnes in ᾱ consentiunt, quae scriptura optimorum mss. est O. VI. P. I. Hoc loco Vaticanus η; is etiam vs. 1. 4. 12. 13. formam melius servavit quam Ambrosianus.

9 In Sch A etiam γεγώνειν, accentu Aeolico, scribi refertur. De infinitivo vett. intt. constabat, qui ex antecedente πράσσοντί με h. l. πράσσει με subaudiri iubent. Estne hoc με ad infinitivum additum perspicuitatis causa, ut ἄμμε ad δαιδαλωσέμεν, O. I, 104.?

10 θεόμοροι] Sciendum est contractionem in talibus a Moschopulo invectam a Triclinio rursus sublatam esse. Recte. Vide ad N. IV, 35. et Ah. D. D. 214sq. 219sq. qui solutionem antiquioris Doridis esse ostendit. Pertinet hoc ad synizesin scriptura non expressam, ut in ἄεθλος.

10 νίσεται] Cf. O. III, 36. VI, 99. P. V, 8. XII, 25. N. V, 37. Optimi libri ubique simplex σ scribunt et ι, M solus ter νεισ, quae scriptura etiam in lapidibus optimae aetatis invenitur. Thomani inter νισ, νισσ, νησ, νησσ fluctuant. Moschopulus vero eam grammaticorum legem secutus, quae νείσσομαι praesens, νείσομαι futurum scribi iubebat, h. l. et III, 36. VI, 99. νεισσ invexit, idque III, 36. VI, 99. cum Triclinio. Sed P. V, 8. et XII, 25. Mosch. et Tricl. νισσ exhibent, quam scripturam etiam deteriores vett. O. III, 36. VI, 99. P. V, 8. XII, 25 praestant. Uno tantum loco (N. V, 37) ab interpolatione puriore omnes libri (exc. Ro.) in νισ consentiunt. Quodsi id sequimur quod vetustissimi libri servarunt, ubique νισ cum Bg. scribendum est. Scriptio νεισ sola Perusini libri et Scholiastae Homerici auctoritate firmatur.

De ῑ producto in hac voce constare videtur: cf. Buttm. Gr. Gr. 2, 249. Pott. Etym. Forsch. I, 207.

10 ἀοιδαὶ] Ex Aug. (Σ) et Leid. (*a*) noli suspicari fuisse qui ἀνθρώποισιν οἶμαι scriberent.

12 De numero Hellanodicarum Sch. A ὅτι τὸ μὲν πρῶτον δώδεκα, τὸ δὲ τελευταῖον δέκα. In codice est τὸ μὲν ᾱ ιβ. (non β̄).

12 Scholia AB et Scholia Recc. iungunt ὑψόθεν γλεφάρων. Vide Ta.

14 Doridis est ἤνεγκα; cf. Ah. D. D. 352. De epica forma non prorsus constat apud Pindarum. O. XIII, 64 ἤνεγκ' in omnibus libris, ut I. VII, 21 ἐνεγκών et P. IX, 37 προσενεγκεῖν. Fluctuant libri P. IX, 6, sed ita ut optimi quique BDEFGPQRU ἔνεγκε; XZ cum Mosch. ἤνεγκε; soli VW [cum Tricl.] ἔνεικε habeant. Constant sibi mss. in epica forma O. IX, 59. ἔνεικε(ν) et P. IX, 53 ἐνεῖκαι (Tricl. ἐνείκειν), itemque P. V, 59 in ἀπένεικεν (ἐπεν.) nisi quod in optimo B fortasse a pr. m. illud in ἀπένεγκεν mutatum est, si recte enotavi. Haud credo Pindarum modo ἤνεγκε, ἐνεγκεῖν, ἐνεγκών, modo ἔνεικε, ἐνεῖκαι dixisse (Bö. in N. Cr. ad P. IX, 6.) sed librarios (ut in μιν) ad Homerica procliviores fuisse itaque ἔνεικα passim pro rariore ἔνεγκα Pindaro imputasse. Hunc ab Homerico usu deflexisse constat, nam Homericum non solum ἤνεικα est, sed etiam ἐνεικέμεν et ἐνείκοι (aor. 2).

14 In Leidensi codice (*a*) legitur notula κατὰ πλεονασμὸν [τοῦ] ᾱ γίνεται ἀμφιτρυωνιάδας, διὰ τὸ μέτρον. τὸ γὰρ ἀκόλουθον ἀμφιτρυωνίδας ἐστίν. Raro talia in Moschopuleis inveniuntur (cf. Germ. Sch. Praef. p. XVIII. ubi huius notulae oblitus eram), sed sine dubio totum hoc notularum genus ad Moschopuli potius quam Triclinii novationes referendum est. Parendum est h. l. Byzantiis; cf. Buttm. G. G. 2, 435. et I. V, 35.

15 Primum systema fortasse excusat brevem. Contra vs. 36 ubi opus est longa, omnes fere libri in οὐλ. consentiunt. Vide ad O. VIII, 1.

15—17 In his tria observanda sunt. Primum plenam post ἀέθλων interpunctionem confirmari et distinctione optimorum mss. et Sch. A δᾶμον ὑπερβορέων. ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς. ὑπόνοιαν ἔχει ὡς τοῖς ἄνω συνηρτημένον, i. e. „Incipit novum enunciatum. Mente supplendus est nexus cum praegressis.“ Etiam alterum systema vs. 30 terminatur sententiâ. — Tum post λόγῳ quod in quibusdam plene distinctum est, nihil indicare, nisi participiale enunciatum

a reliquis esse separandum. — Denique praesens αἰτεῖ recte reductum esse a Byzantiis, quamquam id aoristo exprimitur ᾔτησε in Comm. Mosch. et gl. ἐζήτει passim ut in QZ. Eustathius (ab auctore Comm. Mosch. dissentiens, quamquam fuerunt qui hunc commentarium Eustathii esse putarent: cf. Germ. Sch. p. XVII.) et Thom. (cum glossatoribus aliquot) αἴτει substantive pro ἐνδιαιτήματι, κατοικητηρίῳ accipiunt. Quae sententia de commenticia voce αἶτος explosa est a Bö. Nec melius ἄλτει (ob insequens ἄλσει) ex cod. laud. coniectum est. In Sch. Vett. non exstat totius structurae paraphrasis. De toto loco cf. Fr. in Philologo, vol. 15, p. 30.

18 Duo commata στέφανόν τ' ἀρετᾶν interpretari videntur, ita κοινὸν πᾶσιν φύτευμα καὶ στέφανον τῶν ἀρετῶν et κοινὸν γενέσθαι φύτευμα τοῦ τε ἄλσους τοῦ διὸς καὶ στέφανον τῶν τὴν ἀρετὴν ἐχόντων ἀνδρῶν. Ita U, addens ἤγουν στέφανον τῶν νικώντων, sed vulg. τοῦ διὸς καὶ τῶν στεφάνων τῶν ἀρετὴν ἐχ. ἀ. et O τοῦ διὰ τῶν στεφάνων τὴν ἀ. ἐ. ἀ. In B scholia ad h. l. non exstant. In A corruptum prius comma ita legitur κοινὸν πᾶσιν ἀνθρώποις φύτευμα καὶ στέφανον ἀρετὴν τῷ διί. Ingeniosa est Bg. coniectura, sed e Sch. non potest firmari.

19 Triclinius αὐτῷ πατρί ita coniunxit ut dativus ex dativo penderet (i. e. τῷ αὐτοῦ πατρί), non cum ἀντέφλεξε, quod simpliciter idem exponit τὸν τῆς ἑσπέρας ὀφθαλμὸν διαφανῆ ἐποίησεν. Moschopulus αὐτῷ i. e. ὑπ' αὐτοῦ (τοῦ ἡρακλέος) „graeco“ quem dicunt dativo intellexerat; τῆς ἑσπέρας adverbialiter, vesperi; ἀντέφλεξε i. e. λαμπρῶς ἀντέθηκε, sc. δεδυκότος τοῦ ἡλίου, quasi in locum solis. Eadem fere explicandi ratione Thomas usus est (ubi in Σ non est αὐτῷ καὶ ὑπ' αὐτοῦ, sed αὐτοῦ καὶ ὑπ' αὐτοῦ); nec aliter Sch. B τοῦ πατρὸς αὐτοῦ διός sub finem Scholii; omittuntur autem verba ἤδη γὰρ αὐτῷ, τῷ ἡρακλεῖ, initio eiusdem scholii in B. Horum aliquot αὐτῶ doricum genitivum esse existimarunt. Sed Sch. A rectius αὐτῷ cum ἀντέφλεξε iunxit, ita χρυσάρματος μήνη τὸν αὐτῆς ὀφθαλμὸν ἑσπέρας ἀντέφλεξεν αὐτῷ, τουτέστι πανσέληνος [ἦν]. Attamen plurimi libri non distinguunt inter αὐτῶ et πατρί, ne A quidem. Enotavi interpunctionem (plenam) ex solis U*q*.

25 πορεύεν] Optimae auctoritati parendum est. Cf. O. I, 3 γαρύεν. Fortasse πορεύεν h. l. primitivi πάρειν (cf. Pott. Et. F. 1, 264. 2, 329 sq.) vices sustinet, ut sit intransitivum (jahren). Eiusdem stirpis est obsoletum πεπαρεῖν P. II, 57 i. e. zu Wege bringen.

Similiter O. V, 24 ἐξαρκέων, si Mosch. recte accepit pro ἐξαρκούμενος.

25 ὤρμα] Iam lis celeberrima de rebus metricis, quatenus ad hunc locum referebatur, diiudicata est. Nam de ὤρμα postquam in optimo codice inventum est nemo dubitabit. Neque aliud quidquam Sch. A legisse manifestum est εἰς σκυθίαν ὁ θυμὸς αὐτὸν π α ρ ώ ρ μ η σ ε ν et τότε δὴ ὁ θυμὸς π α ρ ώ ρ μ η σ ε τὸν ἡρακλέα ἐπὶ τὴν ἰστρίαν γῆν πορεύεσθαι de sententia eorum qui ἰστρίαν νιν legebant. Ambiguum est Sch. B διὰ τοῦτο παραγενέσθαι προεθυμήθη (ita B, δ. τ. τοίνυν προεθυμήθη καταγενέσθαι O δ. τ. τοίνυν πρ. μεταγενέσθαι U) εἰς τὴν γῆν τοῦ ἴστρου ποταμοῦ, εἰς τὴν σκυθίαν, sed id tam aptum est ad θυμὸς ὤρμα νιν quam ad θυμὸς ὤρμαινε (scil. οἱ) exprimendum. Immo perversum est dicere m o l i t u r s. a g i t a t (mihi) a n i m u s u t me m i t t a t, nam licet θυμὸς ὤρμαινε ferri posset ut ἄλλα δέ οἱ κῆρ ὤρμαινε φρεσὶν ᾗσιν et similia apud Homerum, tamen tali infinitivo iungi non potest. Nec si πορεύεν intransitive dictum acceperis, ὁρμαίνειν accusativo νιν iungi potest, ut sit i n c i t a r e. Nam ὁρμαίνειν nec Homero nec Pindaro (O. VIII, 41. XIII, 81) aliter usurpatur atque ita ut sit r e m a n i m o v o l v e r e, m o l i r i, sed nusquam παρορμᾶν τινά vel κινεῖν (gl. in aliquot codd. est ἐκίνει). Verum ὁρμᾶν de e x c i t a n d o et aliis poetis et Pindaro ponitur cum accusativo personae O. X, 20 sq. ἀνὴρ ὁ ρ μ ά σ α ι (evehere, excitare potest) φύντ' ἀρετᾶ ποτὶ πελώριον κλέος ut Hom. Il. ζ, 338 νῦν δέ με παρειποῦσ' ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσιν ὥ ρ μ η σ' ἐς πόλεμον. Cf. πόλεμον ὁρμᾶν pugnam concitare Od. σ, 375. Rectissime igitur veteres θυμός νιν ὤρμα πορεύεν (i. e. πορεύεσθαι) acceperunt dictum ut infra vs. 40 ἐμὲ θυμὸς ὀτρύνει φάμεν et XIII, 11 τόλμα μοι γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν. Iidem igitur πορεύειν intransitive accipere non dubitabant, quod quamquam exemplis firmare non possumus tamen his auctoribus credendum est, praesertim cum analogia verborum νωμᾶν, στρωφᾶν etc. (quod Di. recte indicavit) et ipsa significationis intransitivae natura accedat. Scite enim semasiologi observarunt intransitivam notionem in multis verbis fuisse primitivam, nec mirum, in tanto harum literarum naufragio tenuissima hoc genus vestigia singulis tantum poetarum locis deprehendi. Ne Mosch. quidem aliter cepit πορεύειν, quamquam is corruptum ὤρμαινε recte interpretatur ἐφρόντιζε. ʽΩΡΜΑ : ΙϹΤ (vel ʽΟΡΜΑΙ : ΙϹΤ, si fuerit ὁρμᾷ ut αἰτεῖ vs. 17.) male resolutum est in plerisque, ut ὅπι O. II, 6, quae corruptio (vel prava emendatio ob

hiatum excogitata) traxit coniecturam ἰστριανήν, nam ii qui ὤρμαινε legebant et recte de pensitando intelligebant nec in perversam structuram πορεύειν νιν i. e. mittere eum delabebantur, non habebant quo accusativum νιν referrent, quoniam ad dativum νιν confugere nolebant. Nota vero hoc ἰστριανήν in B tantum, non in A, ut v. l. memorari, idque per se nihil probabilitatis habere. Etenim quamvis ἰστρινός et ἰστριανός etiam aliunde notum sit, Pindarus tamen ἰστριανάν scribere debuisset, quod quis credat iam ante Alexandrinorum aetatem itacistico vitio ex ἰστριανήν in ἰστρίαν νιν vel ἰστριανιν corruptum fuisse? — Superest ut de Aristarchea lectione moneam. Is πορεύειν pro πορεύεσθαι cum reliquis accepit, sed θυμὸς ὥρμα absolute et intransitive, cui structurae Homericus usus favet, qui et ὁρμᾶν et ὁρμᾶσθαι saepius dixit, sequente infinitivo, ut ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν N. I, 5. Tum scripsit ἰστρία νιν idque cum ἔνθα etc. coniunxit. Est quod placeat in hac lectione, nam collocatio verborum vere Pindarica est. Sed et γαῖαν nude positum, et omissio dativi οἱ in θυμὸς ὥρμα displicet. Nec minus Pindaricum est non solum sententiam ex fine antistrophes in initium epodi pertrahere (cf. ἀγλαόκωμον vs. 6), sed etiam tali parechesi uti, qualis est ἰστρίαν νιν. Cf. O. I, 64. Per antiquam traditionem ΙϹΤΡΙᾹΝΙΝ utrumque licebat intelligere. Ht. Aristarchea lectione accepta βορείαν pro πορεύεν invexit, non male, sed contra librorum et Scholiorum testimonia. Idem ὥρμα reposuit, quod iam Bö. de Crisi § 6 p. 273. indicaverat. Pronunciatio vocalis in elisione positae, quam nunquam prorsus obmutuisse confido, in fine versus intolerabilis est. Nec credam Graecos ὥρμαιν' protulisse ut ταῖν. Omnium autem ineptissima ratio ea est quam h. l. codices sequuntur, ut poeta epodum a ν' ἰστρίαν exorsus sit, Johannes Sachsius alter vel Hieronymus Iobsius. Cf. P. IV, 9.

27 Quum vicies in omnibus libris δέξατο, ἐδέξαντο etc. inveniantur, paucorum (quamvis bonorum) librorum fide formam δέξετο accipere non audeo, etiamsi δύσετο, βήσετο, aliaque ut οἴσειν, ἀλέξειν Pindaro quoque frequentantur.

29 Soluta arsis est vs. 10, nisi θεόμοροι ad solam scripturam pertinet; χρυ anceps est. Sed composita a χρυσο incipientia nec apud Homerum nec apud Pindarum inveniuntur. Vide tamen O. VIII, 1. et II, 97. Sch. A ἐκαλεῖτο δὲ ἡ ἔλαφος κεροβυῖα. (non κερβία). Ad marg. A legitur cerua adscriptum, alio atramento.

31 πνοιαῖς] Pluralem plurali reddunt Sch. A (et Comm. Mosch.)

ὄπισθεν τῶν πνοᾶν. Bö. propter O. VI, 60 φάμας ὄπισθεν vulgatam non moverat, sed vide ad O. I, 89.

31 βορέαο] Contra ⁻αο faciunt quae Ah. D. D. 225 attulit, et Sch. ad hunc locum (DGU etc., non AB). Synizesis ferri possit, ut in τετραορίας.

31—33. τὰν -τόθι -τῶν, consimili enunciatorum initio, demonstrative accipiuntur. De τὰν Sch. dissentiunt, est enim in A ἥντινα, in B ταύτην. — τόθι ambiguo ἔνθα exprimitur in B, in Mosch. ὅπου. — τῶν in A exprimitur demonstrativo τούτων, in B καὶ . . . . αὐτῶν, sed in Comm. Mosch. ὧν. — Plerique codd. et post ψυχροῦ et post σταθείς plene interpungunt, sed post σταθείς comma habet Γ (cum Sm. Ox. Be.), nihil BEFUΣ*knq* Al. Reduxit plenam distinctionem Hy. — Post ψυχροῦ soli EV*n* omittunt distinguere, solita negligentia.

34 Encliticum νυν per totum Pindarum (O. XI, 81. P. III, 66. IX, 73. N. VI, 8. I. II, 43) Byzantiis debetur; in vett. semper (quamquam h. l. de EF enotare neglexi) νῦν scribitur. Nec unquam νυ legitur apud hunc poetam.

35 Emendaverunt βαθυζώνοιο διδύμοις Pw. Be. Hm.[1] διπλόοις παίδεσσι Bg.[2] Moschopulus qui O. X, 51 pro νώνυμον (νώνυμος) quod invenit νώνυμνος invexit (cum Tricl.) et O. I, 59 ἀπάλαμον pro ἀπάλαμνον, de voce δίδυμος aliter sensit, ut μ geminaret. Tricl. autem υ produci posse opinabatur. Ter decies δίδῠμος apud Pindarum legitur, δίδυμμος s. δίδυμνος hoc solo loco, nam O. XIII, 21 coniecturâ tantum illatum est.

36 Alienum ab hoc loco imperfectum; est aoristus, sensu plusquamperfecti. Etiam Sch. AB aoristo ἐπέτρεψεν exprimunt.

38 His testibus obtemperantes πα̣ scribere non dubitamus; cf. Ah. D. D. 369. Byzantii πᾶ s. πᾶ̣ in πα mutaverunt, ut νῦν in νυν (cf. 34). Confirmatur particula Sch. A ἐμὲ δὲ ὧν. ἐμὲ δὲ οὖν πῶς (quod ex A̤ [male transcripto aut male intellecto vocis οὖν compendio] ἐμὲ δὲ ὅπως relatum est) et Sch. marg. B ἐμέ δ' ὧν παῖ. ἀμφότεροι οἱ σύνδεσμοι πληρωματικοί. καὶ ἐν τῷ θήρωνί τ' ἐλθεῖν ὁ τε. i. e. non solum ὧν et πα̣ vacare (cf. gl. NP), sed etiam τ' ante ἐλθεῖν (de qua re vide notam sequ.). Saepenumero enim grammatici, ubi non utique necessariae sunt particulae, sed colorem tantum aliquem orationi addunt, talia proferunt, nec minima in his causa est, ut particulas spurias esse putemus. Non recte igitur fecit, qui ἔμπα pro ὧν πα̣ supposuit, nec multo melius πὰρ

ex deterioris notae libris et ex paraphrasi Moschopulea διεγείρειν, vel πᾶς (ex nullo libro) invectum est. Et perversum et frigidum est πᾶς θυμὸς subiectum, quum N. V, 31. πολλά γάρ μιν παντὶ θυμῷ παρφαμένα λιτάνευεν neminem offendat. Opinationis esse πα eoque a poeta ad εὐίππων διδόντων τ. prospici rectissime cognovit Ra., cui iure suo addit Sw., proprie hoc ad verba sequentia ὅτι πλείσταισι κτλ. pertinere. Pindarus dicit: „Tyndaridae igitur, opinor, cum praecipue ab Emmenidis culti sint, iis nunc victoriam dederunt.“ Hoc ornatius eloquitur totaque periodo iam a principio mente comprehensa πα ita traiicit ut ad sequentia prospiciat. Fere idem valet πα in illo τὸν Ἀργείων τρόπον εἰρήσεταί πα κ' ἐν βραχίστοις, i. e. puto, persuasum habeo, spero.

39 Offensi locutione Ἐμμενίδαις Θήρωνί τε — cf. Τρῶές τε καὶ Ἕκτωρ Lobeck ad Ai. 310. et annot. Sw. — erant qui τε vacare dicerent, quo dempto, aut nihil dixit poeta, aut Ἐμμενίδα Θήρωνί γ' ἐλθεῖν scribere debebat.

42 αἰδοιέσταρος] Inveniuntur passim huius attractionis exempla aliquot apud Homerum, Theocritum, Menandrum al., ut in Latino „dulcissime rerum“; cf. Matth. Gr. Gr. 459. Bernh. Synt. p. 439. Krüg. Gr. Lat. § 294. not. 5.

43 Optimis libris et Scholiis νῦν δέ: ἀντὶ τοῦ ἤδη (A); νῦν δὲ (B Ro.) obtemperandum esse cum Sw. censeo. Ponitur δέ in apodosi ita ut apodosis simul opponatur priori membro, ut in illo οἵηπερ φύλλων γενεή, τοίη δὲ (hinwiederum, aber antiquum) καὶ ἀνδρῶν et in altero Homerico εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι. Est I. V, 44 in simili apodosi νῦν σε, νῦν. δέ saepius deinceps positum non offendit: cf. P. I, 99.

44 Invenitur N. IV, 81 στάλαν I. III, 30 στάλαισι(ν) in omnibus (qui exstant, paucis) libris. Rursus moneri possit, ὑψηλός, μῆλα etc. Pindarica esse, et esse etiam O. III, 4 νεοσίγηλον in A,. Dum certiora afferri potuerint, ego nihil novabo.

45 Scholia Vetera ambigua sunt, sed videntur μήν (μάν), non μιν (νιν) legisse. Nam Sch. A πρόσω τῶν ἡρακλείων στηλῶν adverbialiter, Sch. B τὸ τοιοῦτο vel τὰ ἀδύνατα ex prioribus subaudiri iubere videtur. Convenit huic loco οὐ μήν, ut sit non vero, profecto non, οὐ fortius, ut apud Homerum Il. μ, 318; ν, 414 et saepius. — Quodsi olim h. l. νιν scriptum esset, non facile explicares vitium antiquissimorum codicum μήν; rursus, si hoc verum, μάν esse debuisset, nec nisi longo circuitu inde oriri potuisset μιν, indeque,

emendatione, νιν Doricum. Haeremus igitur, utrum οὔ νιν an οὐ μάν a Pindaro profectum esse existimemus. Sed est aliqua in illo pronomine ambiguitas. Νιν Pindaro semel sine dubio ad neutrum δέρμα redit P. IV, 243, licentia epica, nam in Iliade passim μιν ad τόξον, δέπας etc. refertur. Sed id ab hoc loco alienius; nemo enim, quum in praecedentibus verbis de hominibus agatur, νιν non ad homines, sed ad τὸ πόρσω (cum gl. Q) referre poterit. Quivis hoc de σοφῷ sive ἀσόφῳ aut de ipso Therone*) valere intelliget. Hinc, puto, orta est falsa quorundam veterum interpretatio. Nam qui μιν ad ἄσοφον pertinere opinabantur, κεῖνος ad σοφόν retulerunt, ita: Non hunc (qui ulterius procedere vult) imitabor. Utinam ille (qui intra fines mortalium manet, ut Thero) sim! Commendatur igitur lectio οὐ μήν (μάν) eo quod minus est ambigua. Nec mirum μήν et μάν confusa esse, quum Homerus in Iliade utraque forma promiscue utatur. Mi. οὐ μὴ ad sensum bonum sed a Pindaro alienum. — Caeterum optativus κεινὸς εἴην est per me licet vocer stultus! (mag ich ein Thor sein!) quod fortius et exquisitius est quam κεινὸς ἂν εἴην (ich wäre wohl ein Thor). Non probo Ht. οὔ μιν διώξω κεῖσ' ὃς εἴη i. e. non eum persequar qui eo vadat. Forma εἴη i. e. ἔλθοι, ἴοι non est Pindarica.

OLYMPIA IV.

Inscr. In A est gl. adscripta ὁ ψάμμις τοῦ ψάμμιδος. Etiam in Sch. A (ψάμμιδι. ὁ ψάμμις) legitur, ut ψάμμιδος et ψάμμις in Sch. A ad vs. 39 vulg. — F in subscr. huius odae ψάμμιδι et O. V, 23 F^ac et F, ψάμμι habent. — Sed frequentior in Sch. AB etc. est forma ψαῦμις, quamquam de genitivo etc. nulla est constantia; legitur enim in Scholiis AB modo ψαύμιος, modo ψαύμιδος. Cf. ad O. IV, 10. V, 3. 23.

*) Ad Theronem μιν Hm. retulit, collato O. I, 113 sqq. Sed est offensio aliqua in οὐ διώκω si hoc non ad proximum ἄβατον sed ad priora πρὸς ἐσχατιὰν etc. retuleris. Tamen sic νιν explicarem, si acciperem.

6 Non utique requiritur ὦ idemque in Comm. Mosch. et in paraphrasi AU fortasse non lemmatis sed interpretationis est. Glossa solita vocativorum est ὦ. Legitur tamen ὦ O. II, 12, in simili nexu.

7 ἵππον] τὴν gl. A. In margine C γρ. καὶ ἵππον. ἔστι δὲ ὄνομα ὄρους, de quo aliunde nihil notum est. — Glossa N πίεσμα, βάρος; idem apud Mosch. et Germ.; eodem facere videtur πιέζει P. I, 19 et Aesch. Prom. 367 ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο. In quo loco Aeschyleo cod. Viteb. ἱππούμενος, alii vero ἰπνούμενος habent, sed nostro loco nullus (quantum scio) ἰπνόν. Etiam apud Hesych. et Photium ἰπποῦμεν et ἰππούμενος inveniuntur, π male geminato; cf. G. Herm. ad Aesch. l. l.

Sed ἶπος quid valeat non prorsus liquet. Sch. A τὴν παγίδα τὴν ἀνεμόεσσαν; cf. Hesych. ἶπος (scr. ἰποὺς), τὸ ἔμπιπτον τοῖς μυσὶ ξύλον; Eustath. et Polluc. ἡ παγὶς τῶν μυῶν, ἡ μυάγρα; Phrynich. ἡ παγίς. Unde patet Sch. A Aetnam non o n u s, sed m u s c i p u l a m Typhonis intellexisse. — Etiam generaliori sensu et Aeschyleum et Pindaricum locum explicaverunt grammatici, ut Eustath. ἰποῦν ῥῆμα τὸ βλάπτειν παρὰ Αἰσχύλῳ, ut idem valeat quod Homericum ἴψασθαι, i. e. φθεῖραι, βλάπτειν. Ita ἶπον h. l. Thom. et Tricl. βλάβην, τιμωρίαν, κόλασιν explicant, de sententia vetustiorum interpretum, ut videtur, nam pergit Sch. A αἴτνα δὲ πόλις καὶ ὄρος σικελίας ὅπου κολάζεται ὁ τυφών. A vero proximam esse credo Dammii opinionem, ἶπον proprie esse id onus in muscipula quo mus opprimatur et collidatur, deinde metaphorice et in genere esse onus quo quis prematur vel coerceatur. At si ἴπω vel ἴπτω respondet nostro wippen (Pott. E. F. 1, 259), prima significatio cadit in lignum quo tacto et summoto concidit lapis caudexve, indeque etiam tota muscipula ita (Wippe) appellari potest a parte potiore. Imagini, dicas, huic non bene convenit epitheton v e n t o s a e, sed hoc minus etiam convenit notioni o n e r i s. ἶπος est etiam oculorum affectio per quam illi nunquam quiescunt, sed tremule subinde nictant semper instabiles; cf. Lex. s. v. ἵππος. Ft. etiam ἶπος] μάστιξ. Hesych. (cf. Anglorum *a whip*, de tremulo et nutante flagelli motu) male confusum est cum ἵππος] λιμένος ὄλεθρος, u n d o s d'â n e, cautes submarina. — Utrumque (i. e. et ἶπος morbus, et ἶπος scutica) ad radicem wippen redire videtur.

8 Ter δέκεν, sexies δέξαι apud Pindarum invenitur. Byzantii

si verum viderunt, δέξαι antiquitus e glossa in textum abierit necesse est. Ferri posse δέξαι ad vs. 9 additum, ut vs. 17 λόγον ad vs. 18 pertractum, Bg. observat. Iam vero anceps erit anacrusis. Caeterum δέκευ in G nullius fidei est scriptura, nam est a rec. man. in gl., eaque solet esse Tricliniana.

9 Inter Scholia B legitur ὁ δὲ τε συνδεσμὸς περιττός. In paraphrasi ita construuntur haec verba, ut θ' non curetur, nisi quod in uno commate est τὸ δὲ ἑξῆς· χαρίτων τ' εὐρυσθενέων ἕκατι, ubi τ' omittitur et ἢ οὕτως praefigitur in U. Sed hoc credo nihil aliud est nisi infelix et artificiosa iunctura verborum χαρίτων ἕκατί τε cum χρον. φ. εὐρ. ἀρ., ita ut construatur τόνδε κῶμον, ὀλυμπιονίκαν τε καὶ ἕκατι χαρίτων χρονιώτατον φάος εὐρυσθενέων ἀρετᾶν (ita Ra. quoque de Sch. statuit), aut lacunosum scholion est et hunc in modum intelligendum εὐρυσθενέων τ' ἀρετᾶν, i. e. χρ. φάος χαρίτων τε εὐρυσθενέων τ' ἀρετᾶν ἕκατι. — Utut est de scholiastarum interpretatione, tu aut cum A γ' scribe, aut cum Bg.[2] digamma, omissa particula, olim scriptum indeque confusionem natam esse suspicare. Aut enim ΓΕ casu infelici in multis libris in ΤΕ transierat antequam elidendae vocales in scriptura omissae sunt; aut Ϝ olim hic scriptum peperit diversitatem scripturae recentioris, quae tamen Alexandrinorum aetate iam usu venerat. Consulto nemo inseruerit θ', quo omisso nihil difficultatis remanet.

10 ἥκει (ἵκει)] ὁ κῶμος gl. A ὁ ὕμνος gl. EZ. Post πιστάτιδι vs. 11. plene dist. A. Ipse olim ita distinxi ψαύμιος γὰρ, ἥκει ὀχέων ὃς ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς πιστάτιδι, κῦδος ὄρσαι σπεύδει καμαρίνα (vel καμαρίνᾳ sc. ὁ κῶμος).

Tria h. l. quaeruntur 1, ψαύμιος utrum snbstantivum an adiectivum sit; 2, genitivus ὀχέων quo sensu positus sit; 3, ὃς utrum ad chorum an ad victorem pertineat. — Sch. A ψαύμιος γάρ: ἀντὶ τοῦ· ἥκει γὰρ ἀπὸ τῶν ὀχέων ὁ ψαύμιος ὕμνος, ὃν δέξαι, ὦ Ζεῦ. ἢ οὕτως· ὁ τοῦ ψαύμιος ὕμνος ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς παραγίνεται τῇ πατρίδι, δόξαν περιποιῶν τῇ καμαρίνῃ. Priorem interpretationem referre videtur gl. A ψαύμιος] ἡ εὐθεῖα ὁ ψαύμιος et ἥκει] ὁ κῶμος. Hi adiectivum ceperunt ψαύμιος. Neque hoc absurdum. Nam poetica sunt et maxime Pindarica talia adiectiva, ut αἰάντειον (αἰάντεον) βωμόν O. IX extr., nisi malis esse patronymicon: „ein Psaumide kommt er“. — Simplicius esset ψαύμιος genitivum aptare ad alterum genitivum ὀχέων, nisi ita ὃς utrum ad chorum an ad ipsum Psaumin referres ambiguum esset. Caeterum dissensio illa gram-

maticorum non tangebat genitivum ὀχέων. Etiam Sch. D ἐκ γὰρ τῶν ὀχημάτων τοῦ Ψαύμιος ἦλθεν ὁ ὕμνος, ὅστις Ψαῦμις κτλ. genitivum ὀχέων eadem ratione explicat, sed ὅς ad ipsum victorem refert. Nec aliter gl. O ἔρχεται ἀπὸ τῶν. — Solum Sch. B aliter Ψαύμιος γὰρ ἵκει. ἵκει γὰρ ἐπὶ τῶν ὀχέων τοῦ Ψαύμιος. τίς; ὁ ὕμνος, ἐλαίᾳ στεφανωθείς κτλ., sed illud ἐπὶ mei quidem omnes (BOU) praestant, alii vero, ut Ï Böckhianus, ἀπό. Inter Sch. A etiam hoc legitur πιστάτιδι κῦδος: τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι[.] διήκει γὰρ τῶν ὀχέων τοῦ Ψαύμιχος (sic) ὕμνος· ὃν δέξαι, ὦ Ζεῦ· ὡς ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς ὁ Ψαύμιχος (sic) τῇ ἑαυτοῦ πατρίδι στέφανον καὶ δόξαν θέλει περιποιήσασθαι. Quod nisi manifesto corruptum esset (facile enim ἀπό exciderit), cum iis facere videri posset, qui ἵκει ὀχέων idem esse putaverunt quod ad currum venit (pertingit, circumdat eum manu quasi tenens), inaudita structura verborum, nam εὖ ἥκειν χρημάτων, βίου etc. plane aliena sunt. — Deinde ὀχέων ἵκει vehi curribus (vel ut ait Sch. B venit curribus vectus) nec Graecum est nec huic loco satis aptum. — „Psaumia enim venit curruum [pompa], quae etc.“ id mihi maxime videtur et poeticum esse et perpetuitati orationis convenire. Quod si ita genitivum a poeta capi malis, ut a curribus venire dicatur quae in honorem curulis victoriae venit, nihil impedio. Id quasi perinde est. — Si displiceat adiectivum, cum Hm. Moschopulo (et Tricl.) adsentiendum est ἕνεκα τῶν ἁρμάτων τοῦ Ψ. interpretanti; sed distinctione paullo immutata: „Psaumidis enim venit, curruum; is qui etc. — Sed iter quum faciat comus, simplicissimum est, quaerere, quo pergat? unde veniat? itaque ὀχέων capere (ut ἀπὸ συμφαλίων τειχέων O. VI, 99.), ut supra dictum est, a curuli victoria.

15 Byzantii productam syllabam esse volebant propter παῖ vs. 6. Sed recte se habet tradita scriptura ξενίαις, ut vs. 4. altera ξείνων.

18 Scholion A ita: ἅπερ ἀντὶ τοῦ εἴπερ ἡ πεῖρα ἤλεγξε καὶ τὸν ἐργῖνον, unde coniicias ᾇπερ i. e. prout. Sed paraphr. B in BU al. ἥτις (omisso καὶ), ubi alii mss. ut O ὅτι praestant. Pindarus pronomen ὅσπερ non nisi ter (P. III, 100. VIII, 39. N. VIII, 18) admisit ubi spondeum efficit. P. X, 64 trochaeum efficit, ut O. I, 30, ubi codd. fluctuant. Omnino hoc pronomen vitasse videtur.

22 In A, signum [;] ex compendio particulae δὲ ortum esse

videtur, nam, etsi asyndeton ferri potest, Sch. AB diserte testantur τὸ δὲ ἀντὶ τοῦ γάρ.

24 Sch. A οὗτος ἐγώ: τὸ οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι δεικτικόν (cod. δοτικόν): Sch. D (quod non exstat in B) εἶπε δεικτικῶς· οὗτος ἐγώ.

27 Lectio Ambrosiana confirmare videtur coniecturam Bg.[1] θαμάκι, cui formae respondent τουτάκι, τετράκι, πολλάκι Pindarica. Ambigua est gl. A ἤγουν παρὰ τὸν χρόνον πολλάκις καὶ παρὰ τὴν ἡλικίαν πολιοῦταί τις — si recte legi —; alia gl. A ἁλικίαις] ἐν ταῖς hunc dativum corroborat. Sch. A πολλάκις τις νέος ὢν πολιοῦται καὶ παρὰ τὸν τῆς ἡλικίας ἐοικότα χρόνον genitivum tueri, sed et ipsum simplex καί et adverbium θαμάκι referre videtur. Paraphr. B non exstat. Pluralis non ineptus, nam ἡλικία Pindaro de qualibet aetate usurpatur (P. IV, 157. N. IX, 42), ut ὁ ταῖς ἡλικίαις πρέπων χρόνος generali sensu recte dici possit. Sed ἐοικώς plerumque absolute ponitur et ab Homero et a Pindaro, ut sit iustus, decens. — Nos textum damus ut in optimo libro traditum habemus, πολιαὶ ad 26 addito, hoc metro ⏖̽ ⏑ ⏖̽ ⏑ –́ ⏑⏑ – vs. 27.

OLYMPIA V.

3 Duplex τε (et rhedae et victoris dona) offensioni fuisse videtur Triclinio, qui prius expulit, metro repugnante. Paraphr. A καί — καί, B τε — καί.

4 Vett. igitur quartum casum, invito metro, posuerunt, fortasse de sententia Artemonis Pergameni. Is enim Arethusam in prioribus invocari putans quum Camarinam Syracusanorum urbem esse diceret, sic intellexisse videtur: „Arethusa, tuam urbem Camarinam“ (ut est in Thomano Scholio p. 119, 15), ubi aut acc. neutr. plur. καμάρινα (formam de hoc oppido alias non notam), aut metrico vitio καμαρίναν legerit necesse est. — Recte Aristarchus vocativos coniunxit, ut a principio Camarina invocaretur. Quod amplexus Moschopulus (cf. 119, 28) καμάρινα signavit, cui assentitur Hm.; Tricl. καμαρῖνα maluisse videtur, etsi eius recensionis libri καμαρίνα praestant.

5 Imperfectum ἐγέραιρε (B ἐγέραιρον) etiam in Sch. Vet. legitur; idemque alii imperfecto (νίκη) coniunctum N. V, 8 in omnibus mss. est, ubi aoristus solius Ro. fide nititur. — Sch. B al. l. ἐκόσμησε, Mosch. ἐτίμησε in paraphrasi.

5 sq. μεγίσταις cum βουθυσίαις iungunt *aoqx*Z^b et Comm. Moschop. διὰ βουθυσιῶν μεγίστων καὶ δι᾽ ἁμιλλῶν κτλ.; cum ἑορταῖς Sch. Thom. et A hac distinctione: ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις. ὑπὸ βουθυσίαις. ἀέθλων τὲ πεμπταμέροις ἁμίλλαις ἵπποις. ἡμιόνοις τε. μοναμπυκίᾳ τε.; idemque iungere videtur paraphr. B βουθυσίαις ὑπὲρ ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν ταῖς μεγίσταις, unde Bg. collegit hos interpretes ὑπο scripsisse idque ad ἑορταῖς retulisse. Non credo. Bg. πεμπαμέρων ἁμίλλαις et πεμπαμέρων ἁμιλλῶν coniicit; Ky. ἐπὶ pro ὑπὸ; Ht. ἑορταῖς θεῶν μεγίστων ὑπὸ βουθυσίοις; sed nulla est nec in Sch. nec in mss. diversitas scripturae, nisi quod G τε ante μον. omittit; F^s μοναμπυκίαις τε, A, μοναμπυκίας γε. Hoc erroris arguit ipsum sch. A καὶ ἵπποις καὶ ἡμιόνοις καὶ μοναμπυκίᾳ, ὅ ἐστι κέλητι. De totius loci structura facio cum Böckhio.

6 Ambrosianum hoc est ἀέθλων τὲ πενταμέτροις. ὅτι πεντάμετρος ἢ πενθήμερος ὁ ἀγὼν λέγεται. Coniicias hoc vitium e πενταμέροις ortum esse. Communia et Dorica πέντε, πένταθλον etc. duodecies amplius apud Pindarum inveniuntur; Aeolia πέμπε, πεμπάεθλον etc. nusquam. Quodsi haec oda genuina est, Pindarus πενθαμέροις s. πενταμέροις (cf. P. VIII, 95 ἐπάμεροι) scripsisse censendus est. Quamquam psilosis incerta est: cf. Ah. D. D. 38—40. D. Ae. 29.

9 Margo Medicei codicis (E) haec habet: γρ. εὐηλάτων, ἔνθα αἱ ἱππηλασίαι γίνονται. Magis quidem εὐήλατος huic loco proprium esse videtur (ut Homer. ἱππήλατος), sed imago σταθμοὶ πέλοπος minus convenit equitationi, nisi σταθμοί sint ipse hippodromus, quod non credo. Εὐήρατος vox Pindarica est (O. VI, 98. P. IX, 8 de Libya), et recte affertur simile epitheton generalius ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων N. VI, 12.

11 Duplex ν cum Tricl. scribendum esse videtur, testibus Eusebio et Syncello; cf. Hist. Gr. Fr. p. 438., ubi Apollodorus de immani bellua (ζῶον ὀνόματι Ὠάννην) ex Babyloniorum fabulis narrasse refertur. Cui cum Babylonii dei marini speciem tribuerent ab eoque literas, varia genera artium, omniaque bona humana repeterent, fortasse is daemon Orientalis cum Minervae cultu confusus est, ut h. l. Ποταμόν τε Ὤαννιν scribi possit. Sch. A ὄανον.

ἀθηνᾶς ἱερὸν ἐπίσημον ἐν καμαρίνῃ: an fuit ἄλσος τὸ τεὸν Ποταμοῦ τε Ὠάννου? an τὸ τεὸν Ποταμοῦ τε Ὤαννον? Sch. BC etc. de fluvio Camarinaeo Oani referunt, de quo nihil aliunde compertum esse videtur. Caeterum distinctio A ἀείδει μὲν ἄλσος ἁγνὸν τὸ τεὸν ποταμόν τε ὄανον. ἐγχωρίαν τε λίμναν καὶ σεμνοὺς ὀχετούς. ἵππαρις οἷσιν ἄρδει στρατόν. facit ut οἷσιν non solum ad flexus sinuosos fluminis (vid. Hy.) referamus, sed etiam ad lacum Camarinaeum, per quem Hipparis in mare exeat. Non quatuor deinceps, sed bina enumerantur loca. Lacus autem ille a fluvio effectus cogitatur.

13 ὑψίπυργον tanquam lemma inter media scholia Ambrosiana positum veram lectionem servavisse, vulgatam vero e gl. proximae vocis (ταχέως, ὑπόγυιον) natam esse censerem, nisi exquisitior videretur ὑψίγυιον vulgata. Eandem exprimit al. l. Sch. A ὑψίγυιον ἄλσος. ὑψηλὸν ἀπὸ τῆς γῆς. ἔχον μακροὺς κλάδους. τουτέστι ξύλα μακρὰ οἷς λακτίζουσι (de stipitibus demissis et inculcatis?) καὶ ὀροφοῦσι τοὺς θαλάμους. Quanquam utrum ὑψίγυον (a γύης?) an ὑψίγυιον ille grammaticus explicare voluerit ambiguum est, nec satis liquet quomodo „membris altum“ idem esse possit quod „altis tabulamentis exstructum“. Ft. duo confusa sunt in Sch. A et ἢ ante ἔχον addendum, ut priora ad lectionem ὑψίγειον pertineant. Sch. Thom. etiam ὑψιγυίων legi posse innuit. Rell. Sch. CD etc. μεγάλας οἰκίας, τόπον πολὺν καὶ ὑψηλόν, ὑψίγυα ἄλση τοὺς οἴκους φησί — nimis sunt generalia quam ut inde quidquam efficiatur.

14 Exquisitius et pulcrius ὑπό cave ne spernas Byzantios criticos secutus. Pindarus dicit cives quasi e profundo inopiae gremio ad lucem emersisse, ut N. I, 35 de Hercule nascente σπλάγχνων ὕπο ματέρος θαητὰν ἐς αἴγλαν μόλεν. Quis ἀπό vulgare si scriptum invenisset in ὑπό adeo poeticum mutasset? — cf. O. VI, 43. — Hy. aliique (Bg.[2]) κολλᾷ δὲ coniicientes hunc versum non ad Hipparin sed ad ipsum Psaumin referunt, qui templa aedificanda cum redemisset, nunc ob curulia studia illud officium aliquamdiu intermisisset itaque in invidiam civium occurrisset. Sed nihil eiusmodi vett. cognitum erat, qui partim (Didym.) haec verba de lignis intellexerunt secundo flumine demissis deque urbe amnis ope sic celeriter instaurata commercioque reducto, partim (Aristarch.) de laterculis ex fluminis alluvie coctis quibus contignationem domuum adstruxissent ut urbs hac amnis ope celeriter effloruisset. Mihi de toto loco Bö. (cum Di. Sw.) persuasit. Verba κολλᾷ τε

κτλ. ita dicta sunt, ut de integra urbe quam de aliquot aedibus melius accipiantur. Deinde verba ὑπ' ἀμ. κτλ. nimis sunt tumida et quasi invidiosa de homine dicta. Anacoluthon, quo poeta a relativa structura in orationem rectam transit, non offendit.

16 Ambrosianum hoc est κινδύνῳ κεκαλυμμένος. κεκαλυμμένος πρὸς τὴν νίκην. ἄδηλος γάρ ἐστιν αὕτη τοῖς ἀγωνιζομένοις. — Pro κεχαλασμένον l. l. D κεχαλασμένων praestat. Utrumque alienum. Nam χαλᾶν et καλύπτειν contraria sunt; cf. Soph. El. 1460. — κεκαλυμμένον omnes rell. idemque exponit Sch. [B]CD etc., unde Ox. perperam collegerunt lectionem κεκαλυμμένῳ. — Grammatica lege κεκαλυμμένος ad πόνος et ad δαπάνα relatum post verbum μάρναται recte se haberet, praesertim apud poetam qui vel Alcmanico schemate usus est. Sed ἔργον sine epitheto frigeret. P. hoc dicit: Omnes labores et sumptus in re grandi periculosi sunt. Ἔργον est terminus laboris victoria, periculis circumdatus, obtectus, occultatus.

16 Scripsit εὖ δὴ ἔχοντες Bö.[1] Coniecit idem εὖ δὲ τυχόντες. Porro εὖ δὲ τυχὼν τις σοφὸς κ. π. ἔδοξεν Ky. — εὖ δὲ λαχόντες s. εὖ δ' ἥκοντες Bg. — οἱ δὲ τυχόντες Ht. Paraphrasis Ambrosiana haec est: εὐδαιμονήσαντες δὲ καὶ σοφοὶ καὶ λόγιοι τοῖς πολίταις ἔδοξαν εἶναι. — Paraphr. B[CD] etc. 1) εὖ δὲ πράξαντες οἱ τῆς ἀρετῆς ἀντιποιούμενοι, ὅ ἐστιν ἐπιτυχόντες, καὶ σοφίας δόκησιν ἔχουσιν. 2) οἱ γοῦν εὐδαιμονήσαντες καὶ καλῶς διάξαντες κατὰ τὸν βίον, ἤδη που καὶ σοφοὶ καὶ λόγιοι ἔδοξαν εἶναι παρὰ τοῖς πολίταις. Haec scholia et δὲ (quod perpetuitati orationis optime convenit, ita: multi quidem periculis obruuntur, quibus vero contigit etc.) confirmare videntur, et aoristi participium aliquod ante oculos habuisse. Coniicias igitur τυχόντες vel λαχόντες olim h. l. scriptum fuisse, nisi malis ἑλόντες. Confunduntur passim ἑλε et ἐχε; ἑλεῖν autem ex quorundam opinione olim digamma habuisse videtur, quod ab eius poetae qui hoc carmen composuit dialecto fortasse non alienum fuit. cf. P. I, extr. et al. l. νίκην, στέφανον, ἄκρον ἑλεῖν.

18 Ἰδαῖον ἄντρον] Ex Ambrosiano scholio (in A non melius servato quam in A̦) manifestum est, ne apud Alexandrinos quidem constitisse, quale antrum Idaeum h. l. intelligendum sit, sed Aristarcho vel potius eius discipulo Demetrio Scepsio Eliacum fuisse visum esse, quod a Cretico nomen traxerit. Tanto magis nobis in incerto manebit, utrum Byzantiorum vulgatam, quae Ἰδαῖον prima brevi postulat, quamque perboni quidam mss. commendant, an

potius cum Bö. elisionem amplectamur, insolito spondaeo, qui a nom. pr. excusari potest, ut Ἀρχεστράτου O. X, 99.

19 E Sch. Vet. paraphrasi Λυδίαις εὐρυθμίαις colligas fuisse qui Λυδίοις ἐναύλοις scriberent; sed est etiam inter Sch. διὰ λυδίου μελῳδίας, et ἐν in talibus usitatissimum, ut N. III, 79. Cf. Rh. XVIII, 304.

22 Optimi quidam mss. (ut A) τελευτὰν ab iis quae sequuntur separant. Sch. Vett. et Recc. εὔθυμον cum γῆρας iungunt. Recte.

24 Sch. A de dativo κτεάτεσσιν ut Dorica forma disputat. cf. Lobeck. Paral. p. 176 et Ah. D. D. 230. — Invenitur apud P. et κτέανον et κτέαρ, hoc rarius nec nisi in carminibus maxime Aeoliis ut N. VII. P. II.

OLYMPIA VI.

3 Sch. A ὥςπερ ἄλλοι ἀρχόμενοι ἔργου κοσμοῦσι τὰ πρόθυρα, οὕτω κοσμήσωμεν καὶ ἡμεῖς τὸ προοίμιον.

6 Paraphr. Vett. et Recc. ἄν habent. Vide O. I, 82.

7 Sch. B coniungunt genitivum cum participio ἐπικύρσας, male. Vide Bö.

10 ἐν saepius male additum est, e glossa; brevis thesis primi systematis licentia excusatur. Paraphr. B utroque loco παρά habet.

14 gl. B ὀνόματα τῶν ἵππων δίας καὶ θόας consent. cum Sch. A.

15 πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων omnes mss. (nisi quod νεκρᾶν k^{ac} νεκρῶν πυρᾶν R τελεθέντων C) et nihil aliud a Sch. lectum esse manifestum est. Ne offensioni quidem fuit Vett. interpretibus genitivus ἑπτὰ πυρᾶν ab altero genitivo νεκρῶν suspensus; Thomas M. primus in eo offendit, recte explicans δέον ἑπτὰ πυρῶν τελεσθεισῶν εἰπεῖν, τελεσθέντων εἶπε πρὸς τὸ νεκρῶν, οὕτω· τελεσθέντων δὲ νεκρῶν ἑπτὰ πυρῶν, ἀντὶ τοῦ νεκρῶν γεγονότων ἑπτὰ καύσεων. Idem iudicaverat Paraphr. B τελεσθέντων] ἐπισωρευθέντων, καταριθμηθέντων (ubi O καταρρυθμηθέντων), nec aliud legit Sch. B ὅτε συνηθροίσθησαν οἱ τῶν ἑπταπύλων (ita BU etc. cum Ro.) νεκροὶ ἐν Θήβαις καὶ ἐγένοντο ἑπτὰ πυρκαϊαί. et Sch. AB diserte disputat de ἑπτὰ πυραῖς. Eandem structuram sequitur Mosch. τῶν νεκρῶν γὰρ δὴ τῶν ἑπτὰ

πυρκαϊῶν τελεσθέντων, ἤγουν συναχθέντων καὶ ἀποκαταστάντων ἐπὶ τῷ δοθήσεσθαι τῇ πυρᾷ. Nullus igitur nec Vett. nec Byz. πυλᾶν legisse; at Vett. τελεσθέντων non de mortuis igne absumptis, sed, generaliore sensu, de componendis mortuorum corporibus (bereiten, beschicken) accepisse videntur. Recte, opinor. Ht. τελεσθεισῶν scribit.

17 ἀγαθὸν καὶ Gottingensis, ut signetur syllaba positione producta.

19 πάρεστι] thesis anceps in primo systemate; cf. O. VII. N. V. VIII. I. I al.

19 De ὢν et ὧν inde ab antiquissimo usque ad recentiores fluctuant libri. Displicet repetitio participii. — Caeterum hic locus inter luculentissima et utilissima diversae interpolationis criteria numerandus est. Traditum οὔτε δύσερις ἐὼν οὔτ' ὢν (ὧν) φιλόνεικος ἄγαν scite aliquis mutato δύσερις in δύσηρις emendavit; quae scriptura quamvis debili a mss. fundamento nitatur tamen recte reposita est, ut O. IX, 80 εὐρησιεπής pro εὐρεσιεπής cum Byzantinis et perpaucis vett. mss. — Moschopulus οὐ φιλόνεικος ἐών, οὔτ' ὢν (ὧν) δύσερίς τις ἄγαν emendaverat, traiectis verbis et inserto τις (ut τι O. I, 64 eiusdem critici manu infelici), idemque exprimit paraphrasis Commentarii Moschopulei ita οὔτε φιλόνεικος ὧν οὔτε τις ἄγαν σκληρὸς εἰς ἔριν. — Quo improbato Triclinius οὐ δύσερίς τις ἐὼν οὔτ' ὢν φιλόνεικος ἄγαν scripsit; nam hoc in Triclinianis vel Semi-Triclinianis (ut *bc*) legitur, non in Moschopuleis (de Lips. codice solo dubitari potest). Eodem refertur notula Tricliniana (in α'μ'ν'ξ' etc.): νῦν πάρεστι γράφε διὰ τὸ μέτρον, καὶ οὐ δύσερίς τις· εἰ δ' ἄλλως γράφεις, οὐκ ὀρθὸν ἔσται. Quamquam νῦν πάρεστι et τις a Moschopulo accepit, eiusdem critici transpositionem verborum vituperavit. Regressus igitur est ad veterem lectionem novissimus criticus. Cf. Sch. Germ. p. 26. not. 2. — Vetus Paraphrasis BOU est οὔτε δύσερις οὔτε φιλόνεικός τις πάνυ ὤν; in A nihil nisi hoc ἐγὼ οὐκ ἂν φιλόνεικος καὶ ὀμόσαιμι etc. Lectiones δύσηρις (in Moscuensi primo et margine Leidensis secundi) et νῦν ἐστί (in decimo Vaticano) experimenta videntur esse ab ignobilioribus criticis profecta; ea tamen caeteris praestant.

25 ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν καὶ γένος omnes mss. (nisi quod unus Mosch. (*a*) γένους) idemque gl. (ut B τὸ καὶ περισσόν) et Sch. AB agnoscunt. Id tantum ambigunt utrum hyperbato καὶ dictum sit pro καὶ πρὸς τὸ τῶν προγόνων γένος, an abundet. Id enim suo

more dicunt abundare, quod non utique necessarium est. Ex horum mente omitti quidem poterat καί, sed grata abundantia additum est, hoc sensu: ut ne longius moremur pergere quo pergendum est („nun endlich", „doch auch"). Ht. τ' ἔθνος pro τε πρὸς coni.

27 Apud Sch. Vet. nunc legitur ἐπεδείξαντο ex I̤ a Bö. repositum; sed haec vox (aut ἐπέδειξαν, ita U) omissa est in B Ro. — In textu omnes δέξαντο. — Sch. A extr. γράφεται καὶ ἐπεδείξαντο τοὺς στεφάνους οὓς ἔλαβον, quod ad solam Scholiorum scripturam pertinere Bö. censuit.

27 Ambigas utram formam scribas, inf. perfecti qui est in optimo ms°. et videtur commendari inf. aoristi in Paraphr. DU etc.; an inf. praesentis a πίτνημι qui vulgatus est et commendatur paraphr. B. Legimus N. V, 11 πίτναν χεῖρας, sed N. IX, 2 ἀναπεπταμέναι ... θύραι. Cf. Lobeck. ad Buttm. G. G. II, 270.

28 Omnes igitur vett. Thom. Mosch., de quibus constat, omittunt particulam. Tricliniani soli addunt γ'. Vide ad vs. 33sq. De paucis ut *bclmθ'* non diserte relatum est. Coniectura Böckhii σάμερόν μ' ἐλθεῖν haud improbalis est; nam μ et ν cursive scripta simillima, ut vulg. ft. e σάμερό μ' ἐλθεῖν orta sit. Sed Sch. AB nec με nec γε paraphrasi exprimunt, immo Sch. A quod dicit ἑαυτὸν λέγει ὁ ποιητής, ἀντὶ τοῦ, σχολάσω τῷ ὕμνῳ, indicat με ab eo non lectum fuisse. Nam si hoc legisset, superfluum fuisset monere ἑαυτὸν λέγει ὁ ποιητής. Omissionem particulae defendit Bg.[2] ad P. III, 6. Vide an Pindaro brevem ante ἐλθεῖν producere licuerit. Legitur enim I. V (VI), 57 γὰρ ante ἦλθον in thesi quidem, sed in antistrophicis longâ.

30 Sch. B τὴν ἰοπλόκαμον, ἀπὸ μέρους τὴν (ita B recte) καλήν. Not. Tricl. (α'μ'ν') οἱ γράφοντες ἰοπλόκαμον ἀγνοοῦσι τὰ μέτρα, de sententia Moschopuli. Contra Byzantiorum emendationem vel id facit quod P. nec βόστρυχος simplici nec compositis ab eo factis utitur. Mirum est I. VI, 23 eandem vocem ἰοπλόκαμος eadem mensura in omnibus mss. inveniri; quamquam P. I, 1 suâ mensurâ utitur. Estne geminandum κ ut in πέλεκκον? cf. ἀκκιζόμενοι fr. 217, 1; etiam supra vs. 24 ὄκχον pro ὄχον insolitum. Omnino ἰοβόστρυχος vereor ut tam bene possit componi quam ἰοπλόκαμος, ἰοπλόκος, nam ἴον et πλέκειν ad unum notionum genus pertinent, ἴον et βόστρυχος (βοτρύς) non item. Etiam εὐβόστρυχος, χρυσοβόστρυχος non sunt nisi recentium poetarum epitheta; contra ἰοπλό-

καμος, λιπαροπλόκαμος, ἐρασιπλόκαμος, καλλιπλόκαμος et Pindari et aliorum veterum.

31 Sch. B Ro. τὴν ὠδῖνα τὴν ἑαυτῇ δοκοῦσαν παρθενίαν, ubi IU al. τὴν ἐν τῇ δοκούσῃ παρθενίᾳ. Sch. A καθὸ ἐδόκει ἔτι παρθένος εἶναι.

33 sq. Omnes igitur, quod sciamus, vett. Thom. Mosch. omittunt particulam. Tricliniani soli (et Semi-Tricliniani, ut o'k[bcp]) addunt fulcrum. Vide ad vs. 28.

37 Ceporini distinctio usque ad recentissimos editores obtinuit; esse hanc opinionem Moschopuli, ex Comm. apparet (ἐν τῇ ψυχῇ κατασχὼν σὺν φροντίδι ὀξείᾳ), quamquam vix unus alterve ms. ita distinguit. Sch. Vet. (et A et B) hoc nomine ambigua sunt.

40 Singularem P. habet P. IV, 244 κεῖτο λόχμᾳ, pluralem O. X, 30 λόχμαισι ὑπὸ Κλεωνᾶν, quod disiungunt interpretes: „in fruticetis sub Cleonis“. — Dativus accuratior quam genitivus, quamquam hic casus, si Thom. M. audis, Atticis usitatior fuit quam dativus post ὑπό, ut in illo οἱ ὑπὸ χθονός apud tragicos. Est vero infra vs. 43 genitivus ὑπ' ὠδῖνος aptissimus, ideo minus etiam h. l. placet. Leguntur ὑπ' ἀγκῶνος O. II, 83 et ὑπ' Αἴτνας XIII, 107, sed in his fortasse genitivum poeta pro dativo admisit ut hiatum vitaret; ad hoc ὑπ' ἀγκῶνος ita cogitatum est ut prominerent supra cubitum sagittae. Genitivus post ὑπό alibi non invenitur, ubi simpliciter quietem indicat, ideoque O. X, 30 ὑπὸ cum λόχμαισιν iungo. — Neque accusativo hic locus est, ut vult Moschopulus. Is Pindaro post ὑπό positus m o t u m significat (P. IX, 81. N. III, 60), etiam P. X, 15 βαθυλείμων' ὑπὸ Κίρρας ἀγὼν πέτραν, ubi certamen moveri (sich hinbewegen) cogitatur sub rupem.

42 Interpolationem Byzantiorum recte sustulit Ky. Caeterum non tam est metathesis particulae τε (de qua disputat Sch. A) quam ex eo genere de quo ad O. I, 104 dictum est, ut sit pro πραΰμητίν τ' Ἐλείθυιαν παρέστασε, παρέστασέ τε Μοίρας.

53 Forma a γεννάω ducta, quam Ambrosianus praestat, ab huius loci metro aliena est, cum recte se habeat P. V, (69) 75. Contra Ahrentis lectionem omnium mss. consensus facit.

53 sq. Eiecto γάρ legi possit ἀλλὰ | ἐκρύπτετο, duce Ambrosiano. Nisi fortasse huic versui accidisse credas quod P. IV, 211. 212 (ἂν | ἤλυθον) et O. I, 57 (ὑπὲρ | κρέμασε), ut praepositionem a verbo separare voluerit poeta. Particula γάρ in omnibus mss. est, nisi quod in D ab eadem manu postea inserta est. Vide utrum

imperfectum ex plusquamperfecto corruptione ortum sit, an hoc ex illo. Paraphr. Vet. non exstat.

54 Inter ἀπείρᾱτος infinitus et ἀπείρᾰτος inexpectus recte distinxit Böckhius.

55 Reposui τε καί ex optimo libro; cf. ad O. XIII, 85. s. f. et XIV, 5.

55 Zenodotus pro vulg. lectione βεβρεγμένος aliud quid scripsit; quod quid fuerit ex mutilo Sch. A (ubi excidit scriptura Zenodotea) non liquet. Vix credas Zenodotum nihil aliud egisse nisi ut dialecticam formam βεβραγμένος communi substitueret; is sine dubio audaci imagine βρέχειν ἀκτῖσι offensus gravius aliquid molitus erat.

58 ἀλφεῷ καταβάς] de dativo cf. ad O. I, 89.

59 Lectionem Ambrosianam, utut primo obtutu arridet (collatis P. I, 61. XII, 3. I. V, 11), re accuratius perpensa non accipio. Nam rariorem formam in epitheto Delum ornante consulto posuisse videtur poeta, ut fr. 58, 1. Nec facile credas θεοδμάτας coniectura invectum. Vide Lo. ad Soph. Ai. 175. et Parall. Gr. Gr. p. 455 sq.

62 Nota indicationem digammi hiatusve in optimo codice A πατρία : ὅσσα Cola eiusmodi persaepe in B supra picta inveniuntur ubicunque metrica offensio esse videbatur, eaque maximam partem a vet. m. (pr.), ut h. l. in B legitur μετάλλασε˙ τέ μιν. Digamma etiam saepe fluctuatione spiritus indicatur, ut h. l. ὅσσα et supra ἐᾷ in quibusdam. Sero video h. l. digammo non opus esse nisi P. πάτριᾰ voluerit, Aeolice. Debebam igitur aut πάτριᾰ ϝόσσα scribere, aut πατρία ὅσσα.

62 Coniecerat μεταλλάσαντί ἰν Hm.[1]; inde μετάλλασαντί νιν (respondit patris vox quaerenti eam) fortiter defensum est a Ra. Tum coni. μεταύδασέν τέ μιν Bg. Denique recepit μεταλλάσαντι˙ ἄνορσο Ht., hiatu. Tantum e Scholiis constat veteres nihil aliud legisse nisi μετάλλασέν τε νιν, quod a μεταλλᾶν factum exprimunt per ζητεῖν et ἐπιζητεῖν, sed haesitasse, utrum Apollo an Iamus sit ὁ ἐπιζητήσας. Ad Iamum ἔνιοι Alexandrinorum retulerunt, quod et ob supplendum subiectum durum, et si cum Sch. intelligis „Iamus autem quaesivit ex eo quis esset" alieno loco intrusum et supervacaneum videtur. Possis, hoc sensu, intelligere: „Statim respondit vox paterna — eamque filius secutus est (er ging ihr nach) — ita", ut his paretur transitus ad insequens ἵκοντο, iussumque patris ἵμεν φάμας ὄπισθεν iam primam vocem, unde vene-

rit, indagando exsequi coeperit filius. Sed hoc nimis quaesitum est. — Rectius plurimi vett. haec verba ad Apollinem pertinere censuerunt. Sch. A ἰδίως κέχρηται τῇ λέξει. μεταλλῆσαι γάρ ἐστι τὸ ζητῆσαι ἀπὸ τῶν μετάλλων, νῦν δὲ ἐπ' οὐδενὸς τοιούτου τέταχεν, ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ ἐφθέγξατο καὶ προσεῖπεν αὐτόν. Cui quod B addit καὶ οἱονεὶ ἐφιλοφρονήσατο alienum esse videtur, nam μεταλλᾶν non est bewillkommnen, begrüßen, sed potius bescheiden, erwiedern, versetzen, sensu etymologico, ut idem sit quod ἀνταλλάσσω totaque locutio referat Homericum ἀπαμείβετο φώνησέν τε. Quae veterum interpretatio multo praestat artificiosis reliquis (quamquam exempla vocis μεταλλᾶν ita usurpatae desiderantur), eandemque Heynii et Buttmanni (Lexil. I, 140) mentem fuisse video. Nam si cum Bö. capis „vox paterna respondit ei et curavit eum“ (quod ambigua verba Sch. B minime comprobant), vel cum Hm.² (Em.) et advocavit eum ad se, adscivit eum (ut secum abduceret), vel cum Di. et quaesivit eum (in tenebris, vox!), haec et a verbo μεταλλᾶν et ab ordine sententiarum totiusque loci simplicitate aliena sunt. Immo aut ita accipe generaliter, ut modo dixi, und beschied ihn, aut proprie und prüfte ihn, ut Apollo exploraverit an filius vocem dei vaticinam audire et sequi invisum possit, exemplo artis futurae, i. e. πεῖραν ἔλαβε μαντικῆς ἐν αὐτῷ. Simile quid sensisse videtur Em., quum „An πειρᾶν?“ adscriberet.

62 Vaticanum hoc est τὸ δὲ ἑξῆς λεγόμενον ἐφθέγξατο ὄρσο τέκος ·:· ὄρσο τέκνον δεῦρο. ταῦτα παρ' ἀπόλλωνος πρὸς ἴαμον. — Compara I. V, 30 ἀλκμήνας τέκος, in fine versiculi ut h. l. Omnino τέκνον, prima correpta, quamquam semel admissum habemus in carmine licentia pleno (N. VII, 105), Atticorum magis quam lyricorum poetarum est, nec decet Doriensium numerorum gravitatem. Cf. Sch. Germ. p. V.

64 Nullus codex ἀελίβατον. Utramque etymologiam h. l. grammatici Pindarici proponunt, aut ab ἀλιτεῖν aut ab ἥλιος illam vocem derivantes, illud ἐφ' ἧς τὸν βαίνοντα ἔστιν ἀλιτεῖν διὰ τὸ ὕψος (ut Schol. Il. XV. et Et. Gud.), hoc ἐφ' ἧς ἀνατέλλων πρῶτον ὁ ἥλιος βαίνει nec male sic definitur celsa rupes cuique montanae regioni assueto. Sed notandum est non inveniri formam ἠελίβατος, ut nec h. l. ἀελ. cf. Buttm. Lex. II, 182. Lobeck. Path. p. 305. 372. Oppiani πελάγεσσιν ἐν ἠλιβάτοις cum ἀβάταν ἅλα Pindari componi potest.

67 Legitur forma ἄσιγμος poetica Soph. O. R. 58 et in mss. tragicorum passim. Apud Pindarum I. III, 48 in paucis qui exstant mss. ἄγνωστοι invenitur, iidemque inter eos sunt qui h. l. στ habent. ἀγνώς et ἀριγνώς alibi occurrunt, sed etiam ἀρίγνωτον P. IV, 95. et πολύγνωτον N. X, 37 in omnibus mss.; cf. καυτῆρα (ubi duo mss. καυστῆρα) P. I, 115 et καυθεῖσα N. X, 35. Constantior igitur poeta fuisse videretur, si ἄγνωτον et ἀγνώς dixisset, ut dixit ἀρίγνωτος et ἀριγνώς (quod omissum a Lobeck. Parall. p. 260 addas e N. V, 12). Elmsleius formas ἀσίγμους tragicis vindicaturus erat. Hm. (ad Soph. O. R. 361. O. C. 1360) γνωτός et γνωστός, κλαυτός et κλαυστός sensibus distinguit. De toto loco uberrime disserit Lo. ad Soph. Ai. p. 315 sq.

68 Insolentiorem formam patronymici (cf. Buttm. G. G. II, p. 438) tuentur et mss. et Sch. τὸ τῶν ἀλκαϊδῶν βλάστημα; eademque in Sch. I. IV, 110 (τοῖς ἀλκαΐδαις) legitur.

68 sq. Codicum inter δ' et θ' fluctuatio auget suspicionem (Bg.[2]) particulam (quae turpiter abundat) e digammo vocis ἑορτάν ortam esse. cf. ad O. IV, 9.

70 αὐτῷ] gl. FΣ τῷ ἰάμῳ gl. O τῷ ἰάμῳ ἢ τῷ ἡρακλεῖ. Nec αὖ nec ἂν in paraphr. vet. exprimitur, sed Ambrosianus Byzantiorum emendationem confirmat.

70 — 72 Hermanni opinio non solum Scholiis sed etiam optimis mss. confirmatur, ut ἕπεσθαι cum quarto casu iungatur (N. X, 37 ubi tamen vide multifaria et virorum doctorum et mea indocti tentamina). Parendum est his auctoribus, non Moschopulo et Böckhio, qui sententias illas distinxerunt. Quamquam ferri potest asyndeton, non est necessarium, nec ὄλβος et κλέος ex adverso poni voluit poeta, sed ὄλβος summam felicitatem celeberrimae gentis complectitur. — Cum δ' isti inculcatum invenirent, distinctione opus erat. Hinc vulgata distinctio facile explicatur, in qua (etsi deleto δ') tamen haesit Moschopulus.

71 ἐξοῦ] Vide Lob. Pathol. I, p. 603. et O. II, 38.

72 ὄλβος, omisso δ'] Duo praestantissimi codices (cum Sch. AB) tuentur vulgatam Moschopuleam, quam metrica ratio postulat et structura verborum.

74 μῶμος ἐξ, omisso δ'] Particula quae metrum turbat omnes codices occupat et priori quoque paraphrasi B irrepsit; sed altera B et paraphr. A eam recte omittunt. Asyndeton quod Hermanno aliisque alienum visum est huic loco magis aptum est, ut in sen-

tentia generali positum, quam vs. 72 ubi res gestae narrantur. Non enim opponuntur haec (μῶμος etc.) praegressis (τεκμαίρει etc.), sed ipse μῶμος φθονεόντων magnae et publicae gloriae indicium est, eodem sensu, quo dicta sunt illa ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεί, χειρόνεσσιν δ' οὐκ ἐρίζει et κρέσσων γὰρ οἰκτιρμοῦ φθόνος alia. Id non recte copulantes et omnino ἀσυνδετοφόβοι illud δ' interposuerunt. Error profectus est a τεκμαίρει χρῆμ' ἕκαστον, quod cum pro sententia generali („omnem hominem sua facta qualis sit demonstrant“ vel „omnia ex facto comprobantur“) haberent, insequentia quoque perperam intellexerunt. Pindarus hoc dicit. „Iamidae summa felicitate fruuntur. Virtute sua intrant in viam conspicuam. Id omnia docent, ut Invidia, quae semper consequitur victorem.“ Rectissime ad χρῆμ' ἕκαστον (res omnis) O. IX, 104 laudaverat Böckhius, quem Di. deserere non debebat.

75 πρώτοις] In tanta testimoniorum parilitate praefero id quod paullo exquisitius esse videtur. Parechesis non offendit. Cf. ad O. III, 4. s. f.

75 76 Fulcrum γ' Triclinio debetur, ut vs. 28. 33 sq. De Vaticano non diserte enotavi, sed non credo ibi legi γ', nisi sit a sec. m., quae passim Tricliniana intulit.

76 Ambros. οἷς ἂν .... ἐπιστάζει εὐκλεᾶ (ubi Vratisl. ἐπιστάζειν εὐκλεᾶν praestare refertur). Paraphr. Thom. et Comm. Mosch. στάζει; gl. et idem Comm. παραγίνεται; gl. F ἐπέρχεται; gl. Σ προσρεῖ. — Sch. B[CD]U etc. prius οἷς ἂν .... παράσχῃ; Sch. B alterum ἐπεὶ οἱ νικῶντες δοκοῦσιν εὐειδεῖς εἶναι. ἐπιχαρίτους ποιῇ τοὺς νικῶντας ·:· quod in [CD]U etc. ita scriptum est: ἐπεὶ οἱ νικῶντες δοκοῦσιν εὐειδεῖς εἶναι. τὸ δὲ ποτιστάξει, ἐπιχαρίτους ποιήσει τοὺς νικῶντας. Praesens recte reposuisse videntur Byzantii.

77 Gl. *k* est ὄρους ἀρκαδικοῦ; in Comm. Mosch. ὑπὸ τοῦ ὄρους τῆς κυλλήνης. At mera sunt librariorum sphalmata ὄρος, ὄρους (ὅρους), ὄρει (ὅρει). Ad dativum in tali nexu inclinat usus Pindari: cf. ad vs. 40. Veram lectionem ὄροις firmat Sch. A cum κυλλήνης explicet τῆς ἀρκαδίας. Tamen N. VI, 46 φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν magis proprie dictum est. Sed metaplasmum vocis ὄρος alias non novimus, nimisque barbara videntur dialectica id genus (cf. Ah. 1, 236. 2, 230), ut Pindarum ὄροις vel ὀρέοις pro ὄρεσιν scripsisse putemus, ut δένδροις et δένδρεσιν, ὄχοις et ὄχεσιν al.

80 Ambigit Thomanum Scholion, utrum τιμᾷ sit tertia persona verbi, an dativus substantivi ad quem schemate ἀπὸ κοινοῦ

adhibito e prioribus ἔχει subaudiatur, ut sit pro ἔχει ἐν τιμᾷ. Cui dubitationi aliquid veri inest, quoniam et claudicans videri potest in hoc nexu τιμᾷ verbum, et languidum ἔχει subauditum. Possis etiam ἔχει — τιμᾷ (dat.) iungere, ut ad hoc praedicatum tres accusativi referantur. Lectio Ambrosiana ad Ἀρκαδίας εὐάνορα τιμάν perducat criticum, ut hoc sit pro εὔανδρον καὶ τιμήεσσαν Ἀρκαδίαν. Paraphr. B (A non exstat) verbum τιμᾷ agnoscere videtur τὸν Ἑρμῆν τὸν τῶν ἀγώνων δεσπόζοντα καὶ τὰς μερίδας τῶν ἄθλων κεκληρωμένον, τὸν (ubi κατὰ sequitur in U, credo pro καὶ) τὴν Ἀρκαδίαν τιμῶντα; Moschop. τιμᾷ pro verbo accipere non dubitavit, estque id de deorum favore usitatum.

82 In his verbis primo obtutu duo offendunt, primum hiatus γλώσσᾳ ἀκόνας, tum aliqua imaginis perversitas, quum non cogitatio cotis, sed cos ad linguam sit ut eam acuat, vel potius ne hoc quidem recte dictum sit; nam cos non est in lingua ut acuat, sed lingua in cote ut acuatur. Prior offensio tollitur si genitivum γλώσσας scribis cum Paraphr. A (ἐπὶ γλώττης) et B (ἐπὶ τῆς γλώσσης); nam recentiores demum interpretes dativos habent (Thom. ἐπὶ γλώττῃ, Mosch. ἐπὶ γλώσσῃ). Possis etiam inverso ordine scribere λιγ. ἀκ. cum Bg. et Ht.; vel provocare ad Ὀρθωσίᾳ ἔγραψεν O. III, 32, veniamque horum dativorum (eliso ι) ab Homero petere, nisi malueris ab arsi, quae excusatio mihi non sufficit. Sed relinquitur altera offensio. Omnia nuper mihi sanari posse videbar, si scriberem ἐπιγλώσσοι' ἀκόνας, ea elisione, qua O. XIII, 34 θεσσαλοῖ' ἐπ' et N. IX, 55 σκοποῖ' ἄγχιστα opus esse persuasum habeo, etsi invitis grammaticis. Sed quum ἐπίγλωσσος ἀκόνη non possit esse cos cui lingua tamquam novacula superimposita est, sed ea quae linguae ita convenit ut acuere possit, non omnem video difficultatem ita removeri. Iam si cum Schol. Vet. intelligis: „Habeo novam quandam cogitationem — acuit (incitat) me (s. eam) instar cotis stridulae — quae mihi lubenti adrepit sub flatibus (tibiarum) pulcre sonantibus, hanc: Metopa etc.“ (fere cum Th. Worte des tönenden Wetzsteins), genitivus ἀκ. λιγ. insigni breviloquentia positus est pro „in modum cotis stridulae“, multo ille audacior, quam quae id genus hinc inde reperiuntur: cf. Matth. G. G. § 316f. et Hm. ad Vig. p. 890sq. Paullo melius erit, si a Vett. intt. dissentiens iunxeris πνοαῖς λιγυρᾶς ἀκόνας, nam ne hoc quidem ad intelligendum facile est. Sin cum Bö. (et Sch. B alio) δόξαν ἔχω τιν' lyricâ audaciâ dictum esse putamus

pro δοκεῖ μοὶ εἶναι ἐπὶ γλώσσῃ ἀκόνη λιγυρά, ut sit genitivus obiectivus (eine Vorstellung von einem tönenden Wetzstein), hoc et perplexum est, et friget τινα. Quare redeo ad id quod olim ad hunc locum adnotavi. „Poeta non sine ingeniosa iucunditate loquitur, Göthius alter. Debebat dicere prosa oratione: venit in mentem (buccam) rei maxime idoneae. Dixit autem: ecce, venit in linguam species (imago) quaedam cotis stridulae, quae mentem meam lubentem acuat, ut dicam. Vel ita ad verbum accuratius: Ich habe — auf der Zunge! — (statt: vor Augen!) eine Art von Trugbild eines klingenden Wetzsteins, welches an mich den willigen heranwandelt mit (sive zu) schön rauschenden Klängen. δόξα dictum est sensu Aesch. Cho. 1044, cf. Hm. ad Suppl. 754.“ Dativus καλλ. πν. fortasse termini est, de quo vide ad O. I, 89; eum ad res musicas, non ad aquas Metopae pertinere Veterum consensus fidem facit. Nec ex unius Sch. (AB) verbis [προσ]έλκεταί με ἡ μετώπη cum Ht. collegerim, huic grammatico καί μ' ἐθ. pro ἅ μ' ἐθ. lectum fuisse interpunctione post πνοαῖς sublatâ. Haud melius nuper quidam ᾇ — προσέλκει. Nam. Sch. B διὰ τὴν οἰκειότητα οὖν .. τὴν πρὸς ἐμὲ τῆς μετώπης, ὅτι (ita B, rell. ἥτις) Θήβης μήτηρ τῆς ἐμῆς πατρίδος, ἕλκεταί με ἡ μετώπη ἀρκὰς οὖσα et quae his respondent in A ... προσέλκεταί με ἡ μετώπη ὑμνεῖν σε διὰ τὴν οἰκειότητα. ἀρκὰς γάρ. ἐγὼ δὲ Θηβαῖος κτλ. tantum abest ut accurata sint verborum Pindaricorum circumscriptio, ut sententiam tantum generaliter exprimant. Ἕλκεσθαι igitur interpretationis causa addidisse videntur hi grammatici, quum μετώπη ad priora appositum esse crederent. Nam si imaginem speciei adrepentis tollis, relinquitur nudus sensus: allicit me Metopa.

83 προσέρπει] παρακινεῖ gl. EF προσβαδίζει gl. V προσέρχεται gl. Σ ἐγείρει gl. *k*. — Quamquam omnes veteres libri cum Thomanis et Moschopuleis lectionem προσέρπει praestant, tamen altera, προσέλκει, quae est in Triclinianis, ipso Triclinio vetustior esse videtur. Nam varia lectio in G et E supra scripta a vet. m. ad saec. XIII pertinet. Scholia et glossae eandem scripturae disparilitatem produnt. Paraphr. B προσέρπει καὶ προσπίπτει (cum dativo), eodemque spectant gl. προσβαδίζει, προσέρχεται (cum Thom. ἐπέρχεταί μοι). Sed aliud comma B (quod etiam in A legitur) habet ἡ ἀκόνη ἡ παροξύνουσά με καὶ παρορμῶσα, quamquam hoc ad solam cotem referri potest; et Sch. A προσάγει, παροξύνει diserte ita positum ut sit explicatio vocis προσέρπει vel potius προσέλκει;

eodemque redeunt gl. παρακινεῖ, ἐγείρει (et paraphr. Mosch. ἕλκει); fortasse etiam B ἕλκεταί με ἡ Μετώπη quod in A sic scribitur προσέλκεται μὲ ἡ μετώπη. Possis contra monere interpretamenta illa προσάγει etc. ita accipi posse, ut προσέρπει με factitive dictum sit pro: iubet me accedere, movet me ut accedam, eiusdemque generis esse glossema προσέλκει, quod Byzantii genuinae scripturae supposuerint. At hoc si voluissent veteres interpretes, sine dubio disertius (ut προσβιβάζει, προσέρπειν ποιεῖ) locuti essent. Accedit quod C et E (praefixo γράφεται καὶ) hanc notulam a glossis probe distinguunt. — His perpensis duplicem huius loci traditionem antiquitus fuisse existimo. Προσέλκει tamen, ob insolitam structuram verbi προσέρπειν (einen anschleichen) iam ab Alexandrinis propositum, Pindari esse non credo.

86 Futurum futuro reddunt Sch. Vett. et Recc. (etiam gl. A γεύσομαι, πίω [sic]), nisi quod deteriores quidam mss. (ut Σk) gl. πίνω praestant. Neque certa exempla praesentis πίομαι allata sunt, nec cum Meinekio (fr. com. III, 515 cf. II, 668) praesens πίνομαι, quod apud scriptores aetatis Alexandrinae bis repertum est, Pindaro imposuerim. Fortasse futurum ita posuit, ut ubicunque victores canat se semper Thebarum quoque memorem esse dicat; cf. P. IX, 87 sq. I. V(VI), 74 πίσω σφε Δίρκας ἁγνὸν ὕδωρ κτλ. Id Sch. indicant, ut A καὶ ταύτην εἰς τὸν ὕμνον συλλήψομαι. Nam omnino poeta nunc id agit ut se Boeotum a crimine feritatis defendat. Ad quod transiturus „Est aliqua, inquit, inter hos Arcades et Thebanos necessitudo, neque silebo me esse Thebanum, cum carmina pangam."

88 Sch. Ambros. Iunonem Partheniam τὴν ταμίαν ἥραν (quod Vratisl. A male in ταλαμίαν mutavit) intelligit, cum Heynio.

91 Sch. A ἐπισήμων καὶ ἄγαν εὐφήμων. — Possis ex A ἀγαφθόγγων coniicere, nisi ob ἐρικλάγκταν γόον P. XII et βαρυφθεγκτᾶν λεόντων fr. 265 malis ἀγαφθεγκτᾶν. Sed nihil movere praestat. Forma ἀγάφθεγκτος agnoscitur in VV. LL.

92 Cf. Buttmannum ad Platon. Menon. Excurs. 1. qui cum Arcadio aliisque grammaticis εἶπον signari iubet; contra Bö. (cum Aelio Dionysio) εἰπόν (de Crisi § 41). — Sch. A ambigue Ἀρίσταρχος· τοῖς κατὰ τὸν χρόνον εἰπεῖν ἐπικελεύων (voluitne ἐπικελεύω?) τῶν τε συρακουσίων μεμνῆσθαι καὶ τῆς ὀρτυγίας. — In B p. n. e. — Comm. Mosch. et gl. PQ εἰπέ.

92 συρρακουσᾶν MNO (quod adde ad v. l.). Formam in οσσ, ubi

longa syllaba opus est, ubique tuetur Vaticanus; cf. O. VI, 6. N. I, 2. P. III, 70. Idem recte O. VI, 18 κοσίῳ cum paucis aliis. Sequior illo libro in rebus dialecticis vel ipse Ambrosianus, qui (cum MO) ubique vulgarem formam in ουσ praestat, etiam ubi brevi opus erat. Fluctuant alii, ut C, et vel ipsi Byzantii h. l. et vs. 6 vulgarem, N. I et P. III formam in οσσ probaverunt. Vide Bö. ad O. VI, 6. et P. I, 73. II, 1. O. I, 23 praeter locos supra laudatos.

95 De forma Δήμητραν vide Bu. G. G. I, 203. Lo. Parall. 142. 543. Pathol. II, 194. not. Lud. Dindorf. in Steph. Thes.

95 λευκίππους τε θυγατρὸς ἑορτὰς ne scribam (ut P. IX, 83 λευκίπποισι Καδμείων ἀγυιαῖς), movent me et Scholia AB Thom. quae quid sit λεύκιππος κόρη recte explicant, et usus Pindaricus qui exquisitiorem singularem ἑορτή tenere solet. Pluralis de uno festo tempore legitur O. V, 5. P. VIII, 66.; singularis passim.

97 Sch. A μὴ θραύσοι: ἐπιγινόμενος χρόνος τὸν ὄλβον αὐτῶν μὴ θραύοι. τοὐναντίον δὲ αὐτοὶ (an ἄλλοι voluit?). τοῦτο γάρ τινες συνεκδέχονται μὴ ταράσσοι: — Haec utut mutila sunt, tamen interpretationis tantum, non lectionis diversitatem produnt. — Sch. B μὴ θραύσοι καὶ ἀφανίσοι — Comm. Mosch. (Hm. scripturae favens) μὴ κοιμίσαι, μὴ ἀφανίσαι.

Legitur I. VI (VII), 39 ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος ὅ, τι κτλ. in vulg. et mss. nisi quod D, ε' ibi θρασέτω praestant. Ibidem Sch. B Ἀρίσταρχος ἐπὶ τοῦ ἐρεθίζειν ἀκούει. τάττεσθαι δέ φησι καὶ ἐπὶ τοῦ ταράττειν. μὴ οὖν, φησὶν, ὁ (ubi D φησὶ με ὁ unde coni. φησὶν, ἐμὲ ὁ) ἐκ θεῶν ταραττέτω φθόνος . . . . . ἢ οὕτως· ὁ δὲ παρὰ τῶν θεῶν φθόνος μὴ συνθραυέτω . . .

Eadem igitur in I. VI (VII) invenitur de θρασσέτω interpretationis diversitas, quae in O. VI de θραύσοι. Tantum ex his constare videtur idem in utroque loco scribendum esse, sed utra forma Pindaro tribuenda sit, nec veteres compertum habuisse videntur nec nobis liquet. Cognata sed tamen diversa sunt θράσσω (i. e. ταράσσω) et θραύω: cf. Lobeck. apud Buttm. G. G. II, 297. Parall. p. 403. Technol. 12. Pathol. I, 219. Ad Atticum θράσσω ducit Aristarchi auctoritas, quae forma, omissa geminatione θράσοι, pepererit cum θραύω confusa vulgatam θραύσοι. Nisi utroque loco θραύσοι et θραυσέτω vel θρᾴσοι et θρᾳσέτω fuerit, cuius formae ambiguitas duplicis interpretationis causa exstiterit. An nova forma fuit Pindarica, ab Attico θράττω diversa, θράϝω, e stirpe ταρ et

ἀϝάω conflata? Evertendi et laedendi notio optime convenit utrique loco.

99 στυμφαλίων] ἀρκαδικῶν. gl. B.

99 ποτινισόμενον] Cf. ad O. III, 10.

100 Paraphr. B καταλιπόντα. Acquiescendum est in emendatione Byzantina. An λίποντ'? cf. Ah. DD. 184. Ex Sch. nihil diversae scripturae apparet, sed quo sensu Pindarus ματέρα εὐμήλοιο Ἀρκαδίας dixerit, ambigunt. Veteres enim μ. ἀ. Stymphalum μητρόπολιν ἀρκαδίας intellexerunt, quo accepto priores Byzantii οἴκοθεν et ἀπὸ στυμφ. τειχ. ποτινίσσεσθαι et μητ. ἀρκαδίας λείπειν perinde esse dixerunt. Abs qua opinione dissentiens ultimus Scholiasta (Tricl.?) μητέρα ἀρκαδίας ita accepit ut ἄνθρωπος αἰθιοπίας pro αἰθίοψ, ut sit mater Arcadica, perperam. — Cur metropolis h. l. dicatur Stymphalus (Bö.), (aut quid sit quod mater Agesiae Stymphali relicta esse dicatur, audaci genitivi usu, Hm. Gd.) nescimus et semper, credo, nesciemus.

100 Sch. A κατὰ χειμερίαν νύκτα. Sch. B ἐν χειμῶνι καὶ νυκτί. — Haec praepositionem tueri videntur. Alienum est τ', nec γ' in paraphr. A exprimitur, sed δὲ solum.

101 Diversae formae σκήπτω, σκίμπτω, σκίμπω, κίμπω; cf. Steph. Thes. Excluditur κίμπω (cf. Lob. Pathol. I, 126) ab hoc loco vel ipso metro; σκίμπτω ut Pindaricum commendatur altero loco P. IV, 224 ubi omnes mss. σκίμψατο. Usitatior forma σκήπτω in A ut saepius. Amantissimus poeta literarum ita ad sonum augendum interpositarum, πλειστόμβροτος, ἐναρίμβροτος al. Cf. ad P. III, 58.

102 Paraphr. AB non exstat, sed B, est φιλέων δέσποτα ποντόμεδον. — Moschopuleam interpunctionem recte sustulit Heynius.

103 Disputat Sch. A de πόσις pro vocativo accipiendo, sed non de ποντ.

103—105. Paraphr. A δίδου οὖν, ὦ πόσειδον, ὦ πόσις ἀμφιτρίτης, εὐπλοῆσαι καμάτων ἐκτὸς ἐόντα, quasi εὐθῦναι vel εὐθῦν' ἐ legisset. Offendit etiam ποντόμεδον ultima producta, quod Bö. de metris p. 128 caesura defendit. Possis scribere δέσποτα ποντόμεδ', εὐθῦναι δὲ πλόον, quamquam forma ποντόμεδος non invenitur nisi apud recentiores poetas. Sed vulg. tuetur Sch. B σὺ δὲ ὦ δέσποτα ποντόμεδον, ἄνερ τῆς ἀμφιτρίτης, πάρεχε τῷ ἀγησίᾳ εὐθὺν πλοῦν καὶ ἄκμητον .... καὶ τῶν ἐμῶν ὕμνων τὸ ἄνθος καὶ τὸν καρπὸν εἰς δόξαν ἔπαιρε. Ita vulg. Sch. B sanatur ad fidem cod. U. Nec ἐμῶν ὕμνων δ' ἀέξ' praestat vulgatae ἐμῶν δ' ὕμνων ἀέξ' κτλ. Cf. Bg.[2] ad P. III, 6.

OLYMPIA VII.

Inscr. Initium Scholii Veteris de tempore huius carminis deque inscriptione eiusdem in templo Minervae Lindiae non est in Sch. AB, sed in D (indeque repetitum in Comm. Moschop.). Ubi nota in mss. non legi λινδίας sed aut ληναίας (Uaμ'ν') aut σεληναίας (O Ro.) quod Meursio aliisque iubentibus editores in λινδίας mutaverunt.

1 In primo systemate saepe breves theses et anacruses quae in reliquis longae, ut 2 vs. ἀμπἕλου 4 vs. νἕανίᾳ. cf. N. V. P. I al. Quinquies ἀφνεός apud Pindarum legitur; semel (in fr. 87, 1) ἀφνειᾷ iterum in thesi quae brevem admittit. Cf. vs. 16.

2 Explosa est transpositio Tricliniana. Quae lectio non est in Moschopuleis libris. Est igitur Triclinianorum librorum criterium. Omnino tenendum est ea tantum non omnia falsissima esse quae Triclinio propria sunt. Multa quae Moschopulus dedit aut recta aut scite tamen inventa.

2 Hesychius inter καχλάζει et καγχλάζει probe distinguit, quamquam ab eadem stirpe formata sunt.

4 Verba οἴκ. οἴκ. πάγχ. commatibus inclusa habet Ambrosianus.

5 Lectio Ambrosiani ut VI, 5 ȣ̃ supra ᾶ voluit signare genitivum Doriensem. Dativus fortasse praestat, ut tanto clarius fiat, verba συμπ. τε χάριν non pendere e τιμάσαις, sed per se stare idemque valere atque τοῖς τε συμπόταις χαρισάμενος. Idem quodammodo confirmat Sch. B. (in Ro. male auctum) συμποσίου] ἀντὶ τοῦ ἐν συμποσίῳ. ὅπως δόξῃ καὶ χαριστικός τις εἶναι παρὰ τοῖς πίνουσι .:. Verte: cum convivii in gratiam, tum affinitatem honorans. Ita zeugma χάριν — τιμάσαις removetur, quod alios interpretes vexavit.

7 ἀεθλ. Vide eosdem quatuor optimos codices proximo versu νιν solos pro μιν praestare et vs. 12 ἐν non omittere.

8. 9 Interpolatio Tricliniana refertur a Detlefseno ex L (qui codex inter optimos est) ita φρενὸς γ' sed sine dubio ei illud γ' a manu correctoris illatum est. Indidem O. I, 10 idem liber interpolationem traxisse videtur. Alia interpolatio est in Parisino quarto (X).

10 Moschopuli scripturam οὐλυμπίᾳ non probavit Triclinius;

fort. recte, nam lege primi systematis anacrusis anceps est, et brevis esse potest in antistropha, ut est in stropha. De Vaticano primo (Ξ) fortasse male relatum est, ut de utroque Augustano (Σ*k*) et Gottingensi (G).

12 Lectioni lemmatis Ambrosiani non tantum tribuo, quamquam eam praetulit Ht. et h. l. et N. II, 19 ubi omnes mss. θαμὰ μὲν praestant. Plurimi et optimi etiam h. l. in θαμὰ consentiunt, nisi quod in quibusdam est Doricus accentus, qui alienus est. Vide Böckhium. — Ra. (in Ja. LXXVII, 389) ἅμα praefert.

12 Interdum ν paragogicum male additum est: cf. 36. 53. 65.

13. 14. Triplex invenitur scriptura in Sch. B (non in A) 1) τὰν ποντίας ὑμνέων παῖδ' ἀμφιτρίτας, ἀελίοιό τε νύμφαν, ῥόδον, — 2) τὰν ποντίαν ὑμνέων, παῖδ' ἀφροδίτας ἀελίοιό τε, νύμφαν ῥόδον, — 3) τὰν ποντίαν ὑμνέων παῖδ' ἀφροδίτας, ἀελίοιό τε νύμφαν, ῥόδον. Altera est Asclepiadis lectio, nam mss. (BOU) ibi ἀφροδίτης καὶ ἡλίου (non ἀμφιτρίτης κ. ἡ.) habent et τὸν γὰρ ἥλιον αὐτῆς (sc. ἀφρ.) ἐρασθῆναι καὶ ἐν αὐτῇ νήσῳ [συμ]μιγῆναι. Contra hanc opinionem disputat insequens Scholion (Didymi?), quod tertiam lectionem sequitur. Ea est vulg. et omnium mss. (nisi quod ἀφροδίτης C,O,V,). Primae lectionis auctor latet. Etiam dist. mss. ad tertiam lectionem pertinet nisi quod quidam (ut AZ) τὰν ποντίαν non cum παῖδ' sed cum ῥόδον consociant.

15 Forma εὐθύμαχος est apud Simon. fr. 166, 1. 194, 1.; altera εὐθυμάχης hoc solo loco invenitur; posterior paraphr. B εὐθύμαχον.

16 Ter et decies ἀλφεός apud Pindarum legitur, ἀλφειός hoc solo loco. Et ferri potest brevis in thesi primi systematis, et, si ἀλφειῷ scripseris cum plurimis, utrum penultima corripi possit annon, quaeritur. Cf. vs. 1.

18 Victoriam Pythiam non Damageti, sed Diagorae fuisse testantur Scholiastae, quamquam nihil de ea aliunde constat. Si καὶ παρὰ κασταλίᾳ πατέρα γε scriberetur, paullo concinnior sententiarum ordo evaderet.

18 Glossae et Scholia: ἀρέσκοντα in AFOQΣ*k* et Tricl. paraphr. BF etc. ἀρέσαντα — ἀρεστὸν (s. ἀρεστὸν γεγονότα) gl. P et gl. Mosch. et Comm. Mosch.

Et de spiritu et de accentu fluctuant libri ut h. l. ita O. III, 1. P. II extr. VI, 51. N. VI, 41 (37). VIII, 38. Sch. Vett. magis sibi constant interpretamentis ἀρέσαι et ἀρέσας, quorum auctoritas contra scripturam ἅδων (ἀδῶν) et ἅδειν facere videtur, quamquam

Vett. Lex. formas praesentis ἀδῶ (quam Thom. praetulit) et ἅδω exhibent. In participio aoristi II saepius notio praeteriti temporis obliterata est, ut P. VI, 51 ἅδων (ἀδών) est a d d i c t u s, d e d i t u s, adiective. Eodem redire videtur Hesych. Γάδουσα, ἴδιος. Possint formae eiusmodi comparari cum ἄσμενος, ἄρμενος etc. (Buttm. Gr. 2, 19) quae exuta participiorum natura in adiectiva abierunt. — Pindarus aoristo ἅδον bis utitur (I. III, 33. VII, 18) ubi similis est mss. fluctuatio. — Denique P. I, 29 omnes mss. ἀνδάνειν, nullus ἁνδάνειν. Omnino ad psilosin meliores ubique testes perducunt, ut ἀδεῖν, ἀδών (ἅδων), ἀνδάνειν, donec melius probetur, scribendum esse censeam, fere cum Bö. Not. Crit. p. 454.

20 In Florentino codice (α′) est ἐμβόλ et supra ό legitur ω, supra hoc ω est οι, ut nescias, utrum ἐμβόλω an ἐμβόλῳ infra, ἔμβολοι an ἐμβόλοι supra scribere voluerit. Scripturam ἐμβόλω nonnulli pro genitivo Dorico habentes ȣ supra posuerunt; indidem nata corruptela ἐμβόλων in aliis, et gl. c ἐμβασίας, et vulg. Ro. Schol. Vet. ἐμβόλου. Dativum tuentur duo optimi: A ubi gl. est τῷ εὐθυτάτῳ τόπῳ, et B qui non solum in textu sed etiam in paraphr. Sch. ἐμβόλῳ scribit. Insolentior post πέλας dativus librarios editoresque ad genitivos videtur pellexisse. — Nomen promontorii nonnulli Vett. statuerunt, sed iidem non videntur movisse dativum. — Ex Sch. A autem colligi potest fuisse qui ἔμβολον scriberent, insulae Rhodi epitheton, et ἀσίας εὐρ. cum πέλας coniuncto. Nam Theotimum εὔβολον scripsisse ex Sch. A coniectura emendato colligitur quidem, sed non recte. Sch. A hoc est Θεότιμος δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ Νείλου ὅρου ἱστοριῶν διὰ τοῦ ν̄ (cod. μ̄, non ῡ) γράφει ἔ μ β ο λ ο ν, καὶ οὕτω προςαγορεύεσθαι διὰ τὸ ἐν καλῷ τόπῳ κεῖσθαι τὴν νῆσον. καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ φαμὲν ἔ μ β ο λ α (cod. ἔμβολον) διακεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅταν ᾖ καλῶς διακείμενα (cod. διακειμένοις), ὥστε τὴν μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ἁλιέων εἶναι. ἢ ὅτι ἐν ἐξέχοντι τόπῳ κεῖται. ἢ ὥσπερ τριήρει οὖσα ὁμοία, καὶ ἀσίας εὐρυχώρου πέλας οὖσα. Apertum est haec omnia esse de lectione ἔμβολον ut Rhodi epitheto disputata. Comprobat Schol. Theotimi lectionem usu populari, quo si quid fausti nobis obtigerit id ἔμβολον (wie in den Wurf gekommen, geschlichen) piscatorum more appellemus. Teste autem Polluce τὰ ἐμβόλια s. ἐμβόλιμα retia parva vocabantur. Haec significatio quum esset sermonis popularis, paene tota evanuit e libris nostris. Εὔβολος quidem f e l i x i a c t u est, sed imagine ab alcatoribus potius quam a piscatoribus desumpta. — Quo pacto tres videntur fuisse

vett. scripturae 1) ἐμβόλῳ (cuneo, rostro, lingua terrae Asiaticae) 2) Ἐμβόλῳ n. pr. promontorii cum sacello ut Sunion Atticae 3) ἔμβολον epitheton Rhodi, diversae (vide Sch. A extr.) interpretationi idoneum. — Deinde in Sch. Thomano-Tricliniano (cui Moschopulea crux male praefixa est apud Bö. p. 164, 12—20) duplex refertur scriptura Ἐμβόλου et Ἐμβόλῳ et prout scribas duplici modo construuntur verba, aut ut genitivus ἀσ. εὐρ. ex genitivo Ἐμβόλου pendeat et Ἐμβ. sit pars Asiae, aut ut sit ἐν Ἐμβόλῳ πέλας τῆς εὐρ. ἀσ et Ἐμβ. sit Rhodi. Sed genitivum a Pindaro scriptum esse a Thoma quoque male intellecto ῳ creditum est, ut a Callierge aliisque. Etiam Mosch. genitivo reddit apud Bö. p. 162, 10. — Denique de interpretatione id differunt Vaticana propria (Sch. B) ab Additamentis (Sch. DIOU etc.), quod illa ἔμβολον vel totam Lyciam (Cariam) vel partem Lyciae (Cariae), haec vero Rhodi partem Lyciae (Cariae) oppositam intelligunt. Eadem igitur in his est locorum indicandorum disparilitas, quae est apud Thomam. Saepe enim huic accidit ut Vetera non tam repetat et coniungat quam confundat. — Tu vide an P. ἔμβολον scripserit, et diversitas scripturae ex ЄΜΒΟΛŌΝΑΙΟΝΤΑϹ orta sit. Πέλας cum tertio casu N. XI, 4 legitur (quamquam ibi ante Tricl. iota subscr. omissum erat), sed nihil mirum si etiam cum secundo copulasset Pindarus, ut Homerus Od. XV, 257. Ita ἀγχοῦ cum dativo, ἄγχιστα saepius cum genitivo, ἄγχι et ἔνδον cum utroque casu coniungit.

21 τοῖσιν (τοίνυν)] χάριν τῶν Comm. Mosch.; κατὰ χάριν gl. *n*; τοῖσι καὶ τούτοις gl. Tricl.; paraphr. A (et prior B) non exprimit particulam, sed B altera habet βούλομαι οὖν τοῖς ἐξ ἀρχῆς οὖσιν ἀπὸ τλ. ῥοδίοις κτλ., ubi οὖν interpretandi causa adiectum esse videtur, quum hi Scholiastae οἱ ἐξ ἀρχῆς ὄντες ἀπὸ Τληπολέμου casu recto dicendum fuisse opinentur, ut τοῖσιν non possit abesse, ad quod alter dativus ἡρ. εὐρ. γε. apponatur. Sed etiamsi cum Bö. verba ἐξ ἀρ. ἀ. τλ. cum διορθῶσαι λόγον iunxeris, tamen τοίνυν frigebit prae τοῖσιν, quod et exquisitius est et pulchrius = quibus. Legitur τοίνυν passim ut O. VI, 27. P. V, 40.

22 ἀγγέλων scripserunt qui ob ἀμπέλου vs. 2 brevi hic thesi opus esse putaverunt; idemque paraphr. Mosch. in *a* habet (ἀγγέλων ἤγουν διανοούμενος). Triclinius noluit correptam esse penultimam, nam is, ne vs. 2 eadem syllaba corripiatur, verba traiecit.

25 Sch. A Astydamiam, matrem Tlepolemi, ab Homero (Il. β, 658) Astyochen, a Pherecyde Astygeniam vocatam esse narrat.

patremque eius (Homero) Phylantem fuisse; ab aliis vero matrem Tlepolemi afferri Antigonam, patrem Tlepolemi Phylantem. Pergit ita ἐνταῦθα δὲ ἀμύντορος αὐτὴν (sc. τὴν τοῦ Τλ. μητέρα) φησιν ὁ πίνδαρος. ἡσίοδος δὲ καὶ σιμωνίδης ὀρμένου (cod. ὀρμενοῦ)· εἰκὸς δὲ ὅτι ὁ πίνδαρος παρὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν λογίων ἤκουσεν ἀμυντορίδας εἶναι τοὺς ῥοδίους ματρόθεν: — Verba signata exciderunt in apographo A̤ ubi Bö. lacunâ animadversâ ὅτι interposuit. Lucramur novum sed pertenue fragmentum Simonidis. Achaeo (Acusilao?), teste Sch. B, Ormenus erat avus Amyntoris, Homero (Il. ι, 448. κ, 266) pater Amyntoris; Hesiodo et Simonidi, ut ex hoc loco compertum habemus, Ormenus, non Amyntor, pater Astydamiae. De Ormenio urbe Thessaliae cf. Apollod. II, 7, 7, 6; de Ormenidis Ez. Spanh. ad Callim. h. in Cer. 76.

25 φρὴν Dorice facit φρασί(ν). cf. Ah. D. D. p. 118. Legitur octies apud Pindarum. Semel tantum (P. III, 59) omnes mss. in φρεσὶ(ν) conspirant, semel omnes (at pauci exstant) in φρασὶν (I. III, 2), ut tantum non omnes in eadem forma N. III, 62(59), ubi in duobus (D,Z[s]) est φρεσί. Quinquies (O. VII, 25. P. II, 26. III, 108. IV, 109. 219.) fluctuant codices, sed ita, ut ubique si non plurimi, tamen optimi mss. φρασίν praestent. A (qui in reliquis locis periit) hoc loco O. VII φρασίν; B quinquies φρασί, bis φρεσί; F semel φρεσί, quinquies φρασί; eademque fere ratio est in EGV. Palatino-Caesariani et deteriores Parisino-Veneti ad communem formam procliviores sunt, ut PQ semel tantum φρασί, quinquies vero φρεσί praestent. Ne recentiores quidem sibi constant. Idem igitur in hac voce observare licet quod in ceteris rebus dialecticis, optimos et vetustissimos fontes plus dialecti servare, sed ne eos quidem constanter omnibus locis, magis magisque subrepente communium formarum usu. Hinc proficiscenti multum sane dialecti apud Pindarum temporis iniuria periisse videbitur.

25 ἀμπλακίαι A[BCD]EF etc., i. e. omnes ut videtur mss. Quater haec vox apud Pindarum invenitur, sine diversitate scripturae, quantum scio (O. VII, 25. P. II, 30. III, 13. I. V, 29), nisi quod P. II, 30. III, 13 Guelferbytanus a. c. ἀμβλ. habuit; sed O. VIII, 67 in Q ἀμβλακὼν et P. XI, 26 in BE[ac] F[ac] ἀμβλάκιον legitur, ubi in reliquis videtur esse ἀμπλακὼν et ἀμπλάκιον. Constat hunc Dorismum in lyrica oratione usitatum fuisse ex fr. Archilochi 65 (75 = 41) ἤμβλακον et Ibyci 16 (24 = 51) ἀμβλακών. Cf. Ah. D. D. p. 83. 410. Buttm. G. G. II, p. 59. 112 not. Steph. Thes. s. v. ἀμβλακίσκω. Credam

idem valere de ἀμπλακία Pindarico, quum de ἀμβλακών quoque et ἀμβλάκιον in mss. nostris vetustae scripturae vestigia fere obliterata sint.

26 Formam hyperdoricam quatuor isti libri Thomano-Tricliniani non possunt tueri.

26 Pro τοῦτο δ' in G[b] ἔστι δ' a recentissima manu suppositum est, perperam.

27 ὃ καὶ νῦν in G[b] ab eadem rec. m. pro ὅ,τι νῦν suppositum est.

27 ἐν καὶ] Fortasse Vaticanum primum (Ξ) et Augustanum primum (*k*) permutavit Bö. — Sch. A ὅπερ νῦν τε καὶ κατὰ τὸ παρὸν δυστύχημα φερόμενον πρὸς τὸ τέλος λυσιτελήσει quam si urges paraphrasin, quae non habet καί, coniicias ὅ,τι, νῦν ἐγκάς, τελευτᾷ i. e. „id quod nunc in profundo latitans (an: nunc deprimens?) postea utilissimum sit.“ Vox rara ἐγκάς a Galeno in Lex. Hippocr. explicatur ἐν βάθει. Sed aut traditam lectionem νῦν ἐν καὶ aut νῦν τ' ἐν καὶ ante oculos habuit Sch. B καὶ τὸ τοιοῦτον γνῶναι ἀδύνατόν ἐστι· τὸ ποῖον; ὁποῖόν τε (ita cod.) νῦν καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος βέλτιστόν ἐστι, καὶ ἐν ὑστέρῳ· οἷον, εἰ καὶ ἐν τῇ τελευτῇ ἕξει τις καλόν. Id est: „quale non solum nunc et praesenti, sed etiam futuro tempore optimum sit; scilicet, num quis etiam in fine bonum retineat.“ Idem brevius altera paraphr. B τὴν πάρουσαν καὶ τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονίαν ἀμήχανόν ἐστιν εὑρεῖν. Ut exile Calliergis vel alius Graeculi recentissimi commentum καὶ ἐν (hiatu) mittam, friget vel ipsum Hermanni εἰ κἀν (quamquam concinna structura) prae traditae lectionis pondere, et sono et verborum positione gravissimo. Καὶ est und auch. Vide de sensu et collocatione huius particulae Hauptii libellum (Obss. Crit. p. 58sq.) a Sw. laudatum, cum nota Sw. Ad totius carminis finem satis quidem fuisset dicere id quod exprimit Sch. A „hominibus saepe quae mala esse videntur, in bona convertuntur“, sed nunc generalius aliquid et magis ambiguum dicere in animo erat, ita „Errores hominum innumeri. Nemo scit num quae nunc bona videantur bene sint eventura; nec quae nunc mala, num male.“ Non solum de caecitate animi ira concitati loquitur, sed etiam ad alterum mentis errorem prospicit, quod Tlepolemus suae ipse fortunae ignarus est. Sunt enim innumeri hominum errores. — Quin si Pindarus illa verba τοῦτο δ' etc. ita dicere voluisset, ut ad solam irae caecitatem spectarent, repugnaret sibi ipse, nam re vera caedes illa Tlepolemo postea bonos effectus habuit.

29 Schol. Thom. βαλὼν in paraphr.; de sententia huius grammatici (cum Bu. Sw. Ht.) θενὼν scribendum esset; estque aoristus huic loco aptissimus. Sed Lobeck. Theocr. XXII, 66 (ubi θένων praesens est) in contrariam partem attulit. Vide de ἄδων s. ἀδών vs. 18. et cf. N. V, 42.

30 ἔκταν᾽ ἐν] Non multum interest utrum scribamus; teneo vulgatam auctore A.

32 Ad παρέπλαξαν pertinet nota Moschopulea ἀπὸ τοῦ πλάζω, τοῦ πλανῶ, et similis nota in Bodl. β et γ (*bc*); — ad παρέπλαγξαν paraphr. A παράγουσιν — par. B διασφάλλεσθαι ποιοῦσιν — gl. O *bcl* παρεπλάνησαν — paraphr. Mosch. (et gl. cruce signata in μ'ν') ἐξήνεγκαν τοῦ ὀρθοῦ — gl. *k* (et gl. Tricl. in μ'ν') ἐξήγαγον τοῦ καθεστηκότος

33 Tres recentes ἐξ ἀδύτου ναῶν iungere videntur et distinctione post ναῶν collocata (*a*μ'ν' Al. Ro. Mr. St.) et gl. Tricl. (μ'ν') τοῦ μὴ πολλοῖς εἰσβατοῦ νεώ (scr. νεοῦ in μ'[ac]ν' — νεῷ in μ'[pc]). Perperam. Sch. B ἰθύνειν καὶ ὁρμᾶν διὰ πλοίων. Ante ναῶν dist. ABO[b]Σ Sm. sq. — neutro loco [C]DEFGUVZΠ*k*[*nq*]*o* Cp. Bö. sq. — post πλόον Q

34 E vett. mss. apparet alios de imperativo εὔθυνε (εὔθυναι) alios de infinitivo εὐθῦναι cogitasse, de adiectivo εὐθὺν vel paucos vel neminem. Tenuis igitur huius esset scripturae auctoritas, nisi duplicem lectionem testari videretur Sch. B εὐθῦν᾽ ἐς [ἀμ]φιθάλασσον] οἱ μὲν ἀντὶ τοῦ εὐθῦναι, οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ εὐθέως. Sed duo alia commata Sch. B aut infinitivum (ὥστε . . . ἰθύνειν καὶ ὁρμᾶν) aut imperativum (ὁ δὲ νοῦς· εὐθῦναι, ita B, sed IOU al. εὐθύνετε) habent. Vide an εὐθέως in Sch. B corruptum sit et εὔθυνε potius scribendum. Nam ea vere lectionis disparilitas in multis mss. apparet, altera non item. Eodem redit gl. Σ ἐξ εὐθείας ποιήσασθαι ἢ ποίει. Byzantiorum tamen quorundam (Thomae vel Tzetzis) hanc opinionem (εὐθὺν ἐς scribi oportere) fuisse, refutatio Triclinii demonstrare videtur: οὐ χρὴ γράφειν εὐθὺν πρὸς τὸ πλόον· ἀσύντακτον γὰρ τοῦτο· ἀλλὰ στέλλε ἢ στέλλου. οὕτω γὰρ ἔχει ὀρθῶς. Nec immerito hanc structuram verborum vituperat Triclinius, quae non satis defenditur allato O. VI, 103 εὐθὺν δὲ πλόον . . . δίδοι (ubi nota A praestare εὔθυνε πλόον), nam h. l. vehementer desideramus infinitivum post εἶπε, nec sine duritie poeta dixisset: edixit cursum directum, ubi quivis lector expectaret iussit cursum dirigi. Iam cum vocem εὐθύνειν penultimam correptam

habere potuisse — quamquam hoc interdum fit ante liquidas, Aeolismo, ut in vocibus κόρα, ἕταρος (cf. Ah. D. A. p. 101), οἰκοριᾶν P. IX, 19 — exemplis comprobare nequeamus, immo εὐθύνειν semper apud Pindarum ῡ longum servet; vetustam huius loci labem glossa in textum intrusa exstitisse suspicor. Quodsi ὄρσαι (O. IV, 12. P. XI, 23) vel ἆραι (Aesch. Ag. 47. Pers. 795) ναῶν πλόον scripserat, id recte glossa εὐθῦναι s. ἰθύνειν καὶ ὁρμᾶν διὰ πλοίων expressum est. Sic emendatus magis credo hic locus legentibus acceptus erit.

35 Probatur mihi maxime colon cum Mr. et H. Stephano. Minorem distinctionem Heynius invexerat.

35 sq. Böckhii ratio (de Crisi § 21): „voluit incisionem esse, quam habet in omnibus epodis, excepta quarta“ vix sufficiat; nam si P. in quarta ἑπτὰ σοφώ | τατα scripsit, cur h. l. non ἔνθα ποτ' ἔ|βρεχε scribere potuit?

37 ἀνίκ'] Sunt ista potius elisionis non scriptae quam psiloseos Aeolicae vestigia.

38 Pindarus ἁρματηλάτας, διφρηλάτας de hominibus sed etiam βοηλάτας διθύραμβος translate ut ξεναπάτας βασιλεύς, βιατὰς νόος. Quo sensu quamquam quodammodo ferri possit χαλκελάτας πέλεκυς, ut sit χαλκοτύπος, de instrumento fabri ferrarii: tamen praestat χαλκέλατος ut sit χαλκότευκτος de securi ahenea quali utuntur ad victimas mactandas. Cf. σφυρηλάτοις ἀνάγκαις fr. 226.

38 Etiam N. X, 84 duo optimi ἀθηναίᾳ. Derivata forma (non paragogica: cf. Lob. Parall. p. 299 sq.) apud P. videtur η retinere, ut apud tragicos; sed primitiva ἀθάνα quater in omnibus mss. invenitur, qua forma etiam tragici utuntur, vel in trimetris. — De urbis nomine fluctuant mss.: N. IV, 19 in optimis, I. III, 43 in omnibus ἀθηνᾶν legitur; N. V, 49 in melioribus ἀθανᾶν in deterioribus ἀθανῶν; N. II, 8 et I. II, 20 omnes ἀθάναις praestant; O. VII, 86 et IX, 88 longe optimi et plurimi ἀθάναις; N. VIII, 11 omnes et O. XIII, 37 omnes uno excepto ἀθάναισι(ν); P. VII, 1 omnes uno excepto ἀθᾶναι; fr. 45, 4 libri Dionysii Hal. ἀθήναις, sed fr. 46 plurimi qui versum laudant celeberrimum ἀθᾶναι. Recte igitur ubique Dorica forma reposita est. — De nomine populi eadem est mss. inconstantia. P. I, 76 (ubi desunt optimi AB) utrinque boni testes, sed N. X, 34 omnes in Dorico ἀθαναίων consentiunt; contra fr. 89, 3 cod. Athenaei ἀθηναίεσσι; fr. 196 apud Plutarchum ἀθηναίων. Sed etiam in hoc adiectivo Doricam formam retinuimus.

Sin ἀθηναία non est substantivum paragogicum sed potius forma adiectiva, nulla causa esse videtur cur P. de dea ἀθηναία, de hominibus ἀθάνατοι dixerit. Sed in talibus accidentibus usûs arbitrium est, non rationis. Constat enim poetis deam modo ἀθάναν Dorice, modo ἀθηναίαν epice (et antiquo Attico usu) appellatam esse. Etiam apud Theocr. 5, 23 ἀθηναίαν est in cod. Lips. (cum aliis mss. sine dubio), recte, opinor, quod adde ad Ah. D. D. 134.

38 Paraphr. AB ἀνέδωκεν ἐκ τῆς κορυφῆς. Quartus casus cum κατά coniunctus apud P. saepissime, secundus semel tantum (O. II, 59 κατὰ γᾶς sub terra) invenitur, nam in P. XI, 38 idem coniectura illatus est.

39 Hoc igitur loco Dorica parectasis debili fundamento nititur; ἀνορ. firmat paraphr. AB ἀνορούσασα καὶ ἔκδηλος γενομένη.

41 Cf. ad O. VI, 101. In U ita distinctum est φαυσίμβροτος, δαίμων ὑπ.

44 Kayserus ὡς τᾷ θεῷ vel ὅπως θεῷ coniicit, innixus Vaticano Scholiastae ὅπως τῇ θεῷ θυσίας πλήθοντα βωμὸν ἐναργῆ κτίσειαν, unde eum θεῷ in suo exemplari legisse, ἂν non invenisse appareat. Nimis confidenter haec posuit vir praestantissimus. Nam apud Scholiastas nulla in his rebus constantia est, ut et hoc loco fluctuant de θεῷ et θεᾷ, sed ita ut θεᾷ in melioribus mss. sit, et alio loco (O. XIII, 72), ubi poeta θεᾶς habet, in Sch. est ἡ θεός. Pindarus utraque forma utitur; θεός plerumque, θεά praeter illos duos locos bis in I. VII (VIII); vs. 60 θεᾶν (i. e. τῶν μουσῶν) fortasse perspicuitatis causa positum est; vs. 45 nulla causa est cur θεά quam θεός dicere maluerit. De N. V, 41 θεᾶς non constat, quamquam idem in Scholio repetitum est. Theocritus in Idylliis semper formam θεά habet.

44 Paraphr. Vaticana in ipso B ita legitur τοῦτον τε πηξάμενοι ἐπιθύειν. τήν τε ψυχὴν τοῦ πατρὸς αὐτῆς διός τέρψαιεν καὶ κτλ., ubi in U est ἐπιθήσειν pro ἐπιθύειν. Ro. idem ediderat quod B habet; Hy. πηξάμενοι ἐπιθύσαντες τήν τε dedit. — Sed participium aptissimum est nec audeo ob liberiorem usum qui hinc inde occurrit (ut αἰδῶ καλύψαι P. IV, 146; cf. Matth. Gr. Gr. § 532, d.) infinitivum reponere. — Caeterum mirum est etiam insequens verbum ἰάνειεν in quibusdam mss. infinitivi formam induisse. Schol. Thomanum (quod edidi in Sch. Germ. p. 34) demonstrat fuisse qui „cum plurimis mss." ἰᾶναι scriberent, quamquam quae ille Magister

de ὡς ἂν et cum infinitivo et cum verbo finito constructo dicit, aperte falsa sunt.

46 Sch. A ἡ ἐκ τῆς προμηθείας αἰδώς. id. οἱ τὴν προμήθειαν ἐπιστρεφόμενοι. id. ἔνιοι ἀναγινώσκουσι περισπωμένως αἰδῶς τῆς αἰδοῦς. id. προμαθέως αἰδῶς] ἡ προμήθεια τοῖς ἀνθρώποις αἰτία ἀγαθῶν καὶ ἀρετῆς γίνεται[.] προμηθέως αἰδώς τὸ προτηρεῖν (cod. προσήκειν) τὸ μέλλον. id. ἡ πρόνοια. — Sch. B ἡ περὶ τὰ πράγματα πρόγνωσις. id. αἰδὼς ἡ ὑπάρξασα εἰς τὴν θεὸν ἡ ἐκ προμηθείας καὶ τῆς προγνώσεως. — gl. F ἡ πρόγνωσις. gl. E ἡ πρόγνωσις τῶν πραγμάτων. gl. Q et N[b] ἡ προμήθεια. — Additamenta Sch. Vet (DU etc.) ἡ αἰδὼς δὲ τοῦ Προμηθέως. Comm. Mosch. τοῦ Προμηθέως, τουτέστι τῆς προβουλεύσεως, τὸ αἰδέσιμον, ἤτοι ἡ αἰδὼς ἡ ἑπομένη τῷ Προμηθεῖ, περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ Προμηθεὺς ὁ αἰδέσιμος. gl. μ'ν' (Moschop.) et Z τῆς προβουλεύσεως. gl. q ἡ αἰδὼς ἡ ἑπομένη τῷ Προμηθεῖ. gl. n ἡ εὐλάβεια τοῦ Προμηθέως, ἀντὶ τοῦ Προμηθεὺς ὁ αἰδέσιμος. gl. N[a] ὁ προμηθευτικὸς ἀνήρ. Thom. Mag. προμαθέος] τουτέστιν ὁ μετὰ τοῦ προβεβουλεῦσθαι ποιῶν τι ὁμοῦ τε κατορθοῖ. τοῦτο καὶ ἡδονὴν ἔχει ἅτε κατωρθωκώς· τὸ δὲ αἰδὼς Προμηθέως λέγει, διότι πᾶς ὁ χρώμενος προμηθείᾳ οἱονεὶ τὸν Προμηθέα αἰδεῖται καὶ τιμᾷ.

Ex his Scholiis et glossis efficitur, Ambrosiana et Vaticana propria, i. e. Scholia vere antiqua, non diserte loqui de Prometheo et nihil afferre nisi appellativa, sed inde ab Additamentis recentioribus omnes interpretes loqui de Prometheo ipso. Deinde fuisse apparet qui severioris Doridis (fortasse ne antiquae quidem; cf. Ah. D. D. 153 sq. 204. 238.) genitivum αἰδῶς male inveherent, ut haud raro grammatici etiam ω pro ου in genitivis inculcant. Iidem quomodo verba poetae construxerint non liquet, nisi fortasse ita, ut casu recto fingerent ἡ προμηθὴς αἰδώς, hoc sensu: „Minerva autem magnam Rhodiis s. Heliadis virtutem et gaudia, quae sunt circumspectae religionis [praemia], comparavit.“ collato O. XIII, 16 πολλὰ δ' ἐν καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρχαῖα σοφίσματα. de artis sollertia Heliadis data. Ad Minervam etiam haec retulisse videtur Vaticanum comma illud quod supra laudavi ἡ αἰδὼς ἡ ὑπάρξασα εἰς τὴν θεόν, sed hic grammaticus, cum intelligeret „reverentia Minervae magnam Rhodiis virtutem virtutisque praemia multa paravit“, quomodo προμαθέος explicaverit, non apparet, nisi fortasse adiectivum (pro προμάθειος) esse putavit, genere epicoeno. Alii utrum genitivum neutrius (τὸ προμηθὲς Thucyd.) an ipsius προμαθεύς appellativi statuerint, et si fecerunt quo iure fe-

cerint, haud decernam. Si vertas „reverentia dei tutoris“ vel „deae tutricis“, serae Graecitatis est προμηθεύς tutor, curator ad quam significationem loci Aeschylei Su. 700. Pr. 86 munire viam videntur, sed non perficiunt. Tantum constat generalem sententiam eiusmodi: „Cura deorum religiosa multa bona hominibus affert“ toti narrationi optime convenire. Quod si poeta ita extulit ut „deorum curam“ artem Prometheam appellare voluerit, de hoc heroe ut sacrificiorum instauratore et inventore loqui videtur. Iam „reverentia Promethei“ non est reverentia aliorum erga Prometheum ut prudentiae principem (Ra.), sed reverentia deorum quam Prometheus homines primus docuit

ἐκ τοῦ δ' ἀθανάτοισιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων
καίουσ' ὀστέα λευκὰ θυηέντων ἐπὶ βωμῶν. (Hesiod. Th. 557sq.)

Quamquam Heliadarum sacrificia non „ardent“, sed id ipsum fortasse poeta indicaturus erat, eos Prometheae deorum reverentiae non prorsus memores fuisse. G. Hermannus (Aesch. Prom. 86) ad P. V, 25 Ἐπιμαθέος θυγατὴρ Πρόφασις provocavit. Adde O. VIII, 81 Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς Ἀγγελίας. Ideo tamen non scripserim Αἰδώς nec hoc voluit Hm. — Ht. ἐν δ' ἀρετὰ . . . αἰδῶς, perverse, nam ut dici possit „virtus parat praemia s. gaudia“, non potest dici „virtus iniicit hominibus praemia religionis circumspectae“.

47 Sch. A ἀπροσδόκητον Sch. B ἴδιον Glossae ἄσκοπον, ἀπροσδόκητον, ἀσημείωτον, ἀπροσόρατον. Nihilominus in emendatione Schmidiana acquiescendum esse videtur. Insequens ν vocis νέφος male duplicatum errorem eo faciliorem reddidit. Hom. Il. ρ, 75 θέεις ἀκίχητα διώκων. Soph. Ai. 197. ἀτάρβηθ' ὁρμᾶται, in chorico, ubi vide Lobeck. Adiectiva similia hunc adverbialem pluralis usum amant, praesertim cum verbis eundi copulata. Est eorum quaedam cum superlativis cognatio, qui et ipsi in τος terminant. Sic N. VIII, 4 ἀγαπατά. P. II, 81 ἀδύνατα. O. II, 87 ἄκραντα, sed etiam alia multa ut φθονερὰ, χαμηλὰ, ἄπορα (sc. ἔστι), περισσὰ, κοῦφα, κενεὰ, ξυνὰ, μακρὰ, πολλὰ, ἴσα, καλά, κακά. Frequens etiam singularis. Est ἄφαντον P. XI, 30 ut βαθὺ adverbialiter P. II, 79 et ταχύ N. I, 51; παλαίφατον N. II, 16; ὄρθιον saepius. In universum lyricorum dictio adverbiorum in ως ab adiectivis in ος formatorum usum ut humilem declinat. Nusquam καλῶς (Homero perinde rarum; cf. Od. β, 63), κακῶς (Homero non inusitatum), ἄλλως, ἴσως etc. apud Pindarum obvia sunt, nec memini me alia legisse atque ὁμοίως P. IX, 81 (78). ἐτύμως O. VI, 77. ἐλα-

φρῶς P. II, 93. ἐξόχως O. IX, 69. In his quatuor locis (si ὁμοίως exceperis, ad analogiam adverbii ὁμῶς formatum) semper longa syllaba (bis ante vocalem) requiritur, ut non minus parcus in adverbiis talibus admittendis fuisse videatur, quam in solutae orationis praepositione εἰς pro ἐς. Sed saepe habet ταχέως, ὠκέως, πάντως, εὐφρόνως, προφρόνως, εὐσεβέως, similia. Porro ipsis adiectivis pro adverbiis uti solet, communi licentia, ut in πρῶτος, ὕστερος, ἕκηλος etc. Deinde Dorica ratione formatis ut ἡσυχᾷ, ᾆ, κοινᾷ. Denique locutionibus innumeris ut ἐπὶ ἶσα, τὸν Ἀργείων τρόπον, ἡσυχίᾳ, ἀταρβεῖ φρενὶ, ἀταρβεῖ κεφαλᾷ, poetarum lege. Sed tritissima fugit.

48 Invertit saepe lyrica audacia obiecta. Ut Pindaricum est dicere διδόναι ἄνδρα ὕμνοις pro διδόναι ὕμνους ἀνδρί, ita h. l. ὁδὸν παρέλκειν ἔξω φρενῶν dixit pro φρένας παρέλκειν ἐξ ὁδοῦ. — ὁδόν] gl. μέθοδον, τρόπον passim. παρέλκει] παρατρέπει gl. AB et Mosch.; παρασύρει gl. Tricl.

50 Sch. A καὶ γὰρ αὐτοὶ Sch. B καὶ γὰρ οἱ ῥόδιοι ubi vulg. (et O) male καίτοι pro καὶ habet, et U καὶ οὗτοι γὰρ οἱ ῥ. Glossae οἱ ῥόδιοι, οὗτοι, οἱ τοῦ ἡλίου παῖδες passim. Comm. Mosch. καὶ οὗτοι γὰρ — Est merum vitium καίτοι.

50 αἰθούσας] τῆς αἰθομένης καὶ λαμπρᾶς A τῆς καυστικῆς, ἀπὸ τοῦ αἴθειν B Veteres igitur αἰθούσας participium praesentis verbi intransitivi (Soph. Ai. 286.) αἴθειν esse credidisse videntur. Tamen ambigi potest an alia ratione derivatum sit, ut αἴθων (gen. αἴθωνος) et αἰθός adiectiva. Nam αἰθόεις formatum ab αἶθος, i. e. aut „speciem ignis praebens“ aut „igni repletus“, recte facit femininum αἰθοῦσσα, gen. αἰθούσσας, nec ibi ου in οι transit Doridi, sed severiori in ω, dum mitior ου servat. Tres autem perboni libri mss. h. l. αἰθούσσας scribunt; reliqui αἰθούσας, ubi σ est fortasse pro σσ, ut vs. 71. ἔσεσθαι in omnibus non interpolatis pro ἔσσεσθαι. Pindarus autem quamquam talium formarum amantissimus est, non contractas relinquere solet ut μελιτόεσσαν, σκιοέντων, Ὀπόεντα. Sed est n. pr. Τιλφῶσσας fr. 211.; αεις contractum habes P. II, 10 αἰγλᾶντα; in aliis contrahitur quidem, sed solute scribitur. Quodsi ab αἰθάεις h. l. derivanda est forma, αἰθάεσσας scribenda est, cum Bg.[1] Sed nec hoc nec αἰθάσσας, nec αἰθοίσας confirmant mss; nec αἰθόεις, αἰθοῦσσα ullo alio loco invenitur. Cf. P. III, 69.

51 v^b κείνοις σι μὲν etc. (om. ζεὺς) nihili est; nam v^b a Neograeca manu est, quae antiquum codicem Moscuensem refecit.

Nullus ms. Mingarellianam emendationem habet, nam Moschopulei omnes κείνοις quidem, sed non addito ὁ, neque Moschopulum hoc addere voluisse ostendit Comm. Mosch., ubi ὁ ζεὺς subaudire iubemur. Eadem erat Triclinii sententia in cuius mss. est id quod etiam Mosch. dare voluit κείνοισι cum gl. ὁ ζεὺς δηλονότι. Corruptio vett. mss. similis est O. II, 76 sq. ubi nomen proprium, quo omisso textus obscurior videbatur esse, e glossis in ordinem inculcatum est. Bipartita cum sit proxima personarum indicatio πατρί τε — κόρᾳ τε, facile inde lector „patrem“ repetat. Nec ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν potest is alio referre quam ad Nubium Congregatorem. Nec idem immemor erit Homerici versus καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων (Il. β, 670). Nec quispiam Graecus, si pluat, Iovem pluere nescit. Haec ut omissionem subiecti quodammodo excusent, tamen vix sufficerent ut emendationem κείνοις ὁ sperneremus, nisi aliud accederet. Solennis enim est apud lyricos omissio in priore dichotomiae membro. Ut in P. III, postquam vs. 87. et 88 Peleus et Cadmus memorati sunt, vs. 91. in illis

, ὁπό θ' Ἁρμονίαν γᾶμεν βοῶπιν,
ὁ δὲ Νηρέος εὐβούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

ex insequenti ὁ δὲ ad priora verba ὁ μέν, ita h. l. ex insequenti αὐτὰ δ' ad priora ὁ s. αὐτὸς subaudiendum est. Mingarellii igitur emendatio ut simplex et ingeniosa, ita utique falsa est, quum removeat id quod lyricae dictioni proprium est ornamentum. Cf. ad O. I, 104. Ex An. Ox. Cram. III, p. 172, 3. quod allatum est τοῖς Ῥοδίοις ὁ Ζεύς, ὥς φησι Πίνδαρος, ξανθὰν ἀγαγὼν νεφέλαν πολὺν ὗσε χρυσόν nihil probat, ne id quidem, hunc grammaticum ζεὺς etiam in suo Pindaro legisse interpolatum.

52 αὐτὰ] αὔτη paraphr. Sch. A male.

52. 53. Haesitarunt multi librarii utrum casum signarent. Possit ferri genitivus quem explicat Schol. Thom. ineditum τὸ ἐπιχθονίων πρὸς τὸ τεχνᾶν, ὡς ἂν ἐπίχθονίων οὐσῶν (consulto a Tricl. non repetitum), sed accusativum confirmant Schol. A et B cum gl. Mosch. κατὰ πᾶσαν.

56 De hoc loco multi multa protulerunt, sed id recentiores tantum disceptarunt, utrum μείζων subiecto attributum an de eodem praedicatum sit, i. e. utrum poeta de μείζων σοφία dicere voluerit quod ἄδολος τελέθει, an de ἄδολος σοφία quod μείζων τελέθει. Veteres omnes comparativum praedicativum esse putaverunt. Recte.

Nam ipse comparativus comparando aliquid de aliqua re praedicat, ut in talibus *κρέσσων γὰρ οἰκτιρμοῦ φθόνος* — *οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες* — *κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες* — *σὺν θεῷ φυτευθεὶς ὄλβος ἀνδρὶ παρμονώτερος* — *ζώει μάσσων ὄλβος ὀπιζομένων* (ubi *μάσσων* verbi est) — *ἀπροσίκτων ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι* N. XI, 48 ubi vide notam. Ea enim est natura sententiae generalis, ut iudicium si non ad omnia tamen ad plura extendat, quod apud Pindarum praecipue fit ipsis comparativis. Ii si cum positivis in eodem enunciato copulantur, semper sunt potiores et quasi regnant. Quo nomine de nostro loco errasse video Böckhium, Thierschium, Welckerum, si fas est dicere de tantis viris quorum paucos nunc similes, pares nullos habemus. — Sed tria in hac sententia etiam Vett. Pindaricis ambigua esse non sine causa videbantur: 1) utrum *ἄδολος* subiecto simpliciter attributum sit, an pro *ἄδολος οὖσα* vel *ἀδόλως* ad verbum *μείζων τελέθει* pertineat. 2) utrum *δαέντι* sit pro *δαέντος, μαθόντος*, artificemque bene doctum significet; an iudicantis sit de arte. 3) utrum *καί* per traiectionem ad *δαέντι* pertineat, an ad *ἄδολος*, an denique totius sententiae sit ut quasi abundet. Hae si nugae sunt, bonae aetatis sunt, Alexandrinorum, qua Rhodiorum sacra *ἄπυρα* adhuc fiebant. Nam et haec *μεχρὶ νῦν* facta et illa proferunt Sch. A. — Caeterum *ἄδολος* non valet his Vett. *fraudis expers*, sensu ethico, sed *naturalis*, *infucata*, *non temperata*, vini instar, quasi poeta ingenium mero comparaverit quod doctrinae aqua temperetur. Vertunt vocem *φυσική* (gl. AB*qn*), *ἄκρατος* (ZΣ al.), *εὐφυής*, alii *ἁπλῆ*, *φανερά*. Neque aliter Thom. et Mosch. De praestigiis Telchinum nullus Veterum cogitavit. Ht. qui de *ἄδολος* Veterum opinionem recte exposuit, non debebat tamen, ut firmaret coniecturam *ἀδόλου*, afferre Scholion Thomanum, in quod genitivus et ipse coniecturâ Heynii et Valckenarii illatus est. Neque hoc *ἀδόλου* neque *ἀδόλως* ullus Vett. scripsit; *ἀδόλως* etiam alio nomine displiceret: vide ad vs. 47. Si quid movendum est, potius *σοφίαν* quosdam legisse censeas, nam Sch. AB *μαθόντι σοφίαν* habent, et alio loco B *τῷ μεμαθηκότι τὴν σοφίαν*, ubi D aliique *ἡ σοφία*. Quo accepto sensus erit: Ei, qui et ipse (*καί*, ut illi) sapientiam (artem) callet, ingenua (innata) maxima esse videtur. Neque aliter interpretor vulgatam: Cordato viro non doctrinâ parata, sed *innata* ars et ipsa maxima videtur esse, ut ea, quam Rhodii non didicerunt, sed a diis dono acceperunt. Ad iudicium

aliorum de arte Rhodiaca transitus fit verbis ἦν δὲ κλέος βαθύ. Quanquam vett. interpretes omnes doctrinam et ingenium h. l. sibi opponi existimabant, ut contrarium elicerent: Etiam ingenitae sollertiae doctrinâ opus est.

58. χθόνα δατ. fortasse propter Homericum δατεῦντο, δατέοντο (nusquam ἐδ.); nam caesura non est causa omissi augmenti; cf. epod. 1. 2. 5.

62 μιν, omnes, ut P. III, 45 καί ῥά μιν in omnibus mss. Potest utroque loco μὲν scribi. An Homericum usum poeta in hac iunctura vocabulorum sequitur? Vide mea in Ia. LXXX, 44 sqq.

64 ἄμπαλον] ἀκλήρωτον B quae glossa pertinet ad vs. 62. ἀκλάρωτον. Traiectae hoc loco sunt aliae quoque glossae, ut ad μιν vs. 62 adscriptum est αὐτὸν τὸν Δία, quod pertinet ad alterum μιν vs. 64. — Sch. A mutilum ἔμελλεν ἀνακληροῦν ἐξ ἀρχῆς καὶ ποιεῖν τὰ κεκληρωμένα τοῖς θεοῖς et ἀνακλήρωσιν γενέσθαι καὶ τὸν ἀναδασμόν | Sch. B ἀνακλήρωσιν ποιῆσαι, ubi O aliique ἀνακλήρωμα π. | πάλον ἐκ δευτέρου ποιῆσαι Thom. | ἀναμερισμὸν θεῖναι Comm. Mosch. | Glossae et hae et aliae, ut ἀνάπαλιν A ἄλλον κλῆρον P | Substantivum ἄμπαλος (formatum aut ab ἀναπάλλω ut ἀναπάλη, aut a πάλος ut ἀνακέλαδος, ἄνοδος a κέλαδος, ὁδός) tueri videtur Inscriptio Melitaea nuper reperta, ex qua L. Dindorf in Thes. Steph. haec laudat τὰν δὲ δαμοσίαν χώραν, τούς τε Κοράνδας καὶ τὰν Φυλιαδόνα, μὴ ἀποδόσθων Μελιταεῖς, ὥστε πατρῴαν ἔχειν τὸν πριάμενον, πολιτευόντων Πηρέων μετὰ Μελιταιέων, ἀλλὰ κατ᾽ ἄμπαλον μισθούντω[ν], καθὼς καὶ τὸ πρότερον. Ubi Ussing, qui hunc titulum edidit, κατ᾽ ἄμπαλον voluit esse per licitationem, nisi est „nova agrorum divisione elocanto". Etiam Eustathius ἄμπαλος] ὁ ἐκ δευτέρου πάλος s. κλῆρος i. e. si venia sit verbo, resortitio. Testibus his et rationibus Kayseri obtemperans reiicio ἂμ πάλον Böckhianum, quod quivis legens coniungeret, ut Hesiodeum ἂμ πέλαγος. Nam in tmesi ἀνα dicitur, non ἀμ. Nec propter glossam Ambrosianam ἄμπαλιν θέμεν (sc. κλῆρον) invexerim. Glossa illa aut vitiosa scriptura pro ἀνάπαλον, nam ο et ι in hoc literarum cursivarum genere facillime permutantur; aut generalior retractationis indicatio est. Sin ἀνάπαλον cum Bö. invitis Scholiastis adiectivam formam esse credimus, non absonum erit e prioribus κλῆρον s. τὴν κλήρωσιν subaudire. Nam πάλον ἀνάπαλον τιθέναι ad similitudinem formularum forensium ut δίκην ἀνάδικον ποιῆσαι, i. e. litem denuo iudicari et iudicium nullum esse iubere, bene

dictum esset. Quo etiam gl. A ἀνάπαλιν et B ἀ[να]κλήρωτον possint adhiberi. Nec formula illa κατ' ἄμπαλον comprobat substantivum, sed adiectivum continere potest, ut κατ' ὀρθόν, κατὰ μικρόν, κατ' ὀλίγον. — Caeterum πάλον ἀνατιθέναι non potest defendi locutionibus ἀνατίθεσθαι γνώμην, δόξαν etc., quae a metaphora diversa proficiscuntur, dico a ludo latrunculorum in quo quis motum suum recipit et retractat, latrunculo in pristinum restituto. Talia formam mediam flagitant.

66 πολύβυσσον ex Sch. B male intellecto (nam ἐν τῷ βυθῷ explicationi verborum ἔνδον τῆς θαλάσσης inservit) ortum esse videtur. Idem Sch. B recte explicat πολύβοσκον ἀνθρώποις] πρὸς ἀνθρώπων [βίον] χρησιμωτάτην. Gl. B ad ἀνθρώποις est καταχρηστικῶς πᾶσι τοῖς ἀλόγοις ζώοις, quae pertinet ad μήλοις, traiecta. Vide ad vs. 64. notam.

67 δὲ tuetur Aristarchi paraphrasis apud Sch. AB. In hac thesi brevis syllaba ferri non potest. Recte igitur Moschopulus ἐκέλευσεν δ' scripsit.

εκ initio vocum antiquitus ita scribi solebat, ut ε apice tantum notaretur.

67—70. Sch. A Ἀρίσταρχος· ἐκέλευσε δ' ὁ Ἥλιος παραχρῆμα τὴν μὲν Λάχεσιν ἐπιχειροτονῆσαι τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ θεοὺς ὀμόσαι (cod. ὀνομάσαι) μὴ δὲ παραινεῖν μὴ δὲ πεῖσαι τὸν Δία περὶ τῆς μελλούσης φαίνεσθαι χώρας ὑπ' αὐτοῦ:- id. Sch. B sine nomine Aristarchi, et τοὺς δὲ θεοὺς ὀμόσαι μηδένα παρερεῖν (παραιρεῖν U — παραινεῖν O) μηδὲ παραπεῖσαι . . .

Sch. A in paraphrasi generaliore διὸ τὴν Λάχεσιν ἐκέλευσεν αὐτῷ ἐπικρῖναι τὴν Ῥόδον· τοὺς δὲ θεοὺς ὀμόσαι (cod. rursus ὀνομάσαι) πεποίηκε (sc. ὁ Ἥλιος) μηδένα παραιρεῖν (ita cod.) μὴ δὲ ἀναπεῖσαι τὸν Δία γινομένης τῆς χώρας [φανερᾶς] ἄλλῳ τινὶ δοθῆναι αὐτήν.

Ex his apparere videtur Aristarchum παρφάμεν de persuadendo intellexisse (nam παραινεῖν sine dubio vera lectio est), atque ex prioribus ita infinitivum suspendisse, ut argumentum iuris iurandi contineat. Sed quomodo priora illa legerit et construxerit, non liquet, utrum θεοὺς δ' ὅρκον δόμεν s. θέμεν habuerit, an ad traditum θεῶν δ' ὅρκον μέγαν cum Moschopulo γενέσθαι suppleverit, an θεοὺς ὀμόσαι, an aliud quid. Nam noluisse eum accusativum ὅρκον a κελεύω pendere mihi constat, quod cum per se durissimum fuisset, ita distractum inter proximos infinitivos nemo intelligeret. Vereor etiam ut Graecum sit ὅρκον κελεύειν. Infinitivi quidem sae-

6*

pius obiiciuntur substantivis actionis, ut aliis ita Pindaro. Cf. O. II, 92 τεκεῖν ab ἐνόρκιον λόγον suspensum; P. I, 36 ἔσσεσθαι a δόξαν, aliaque. Hoc nomine ὅρκον, μὴ παρφάμεν non offenderet.

Comm. Mosch. ... ὅρκον δὲ θεῶν μέγαν γενέσθαι, μὴ παρφάμεν, ἤγουν μὴ ἄλλο τι βουλεύσασθαι αὐτούς, ἀλλά .... Id gl. Mosch.

Sed ab hac verborum structura omnes nostri mss. dissentiunt, cum nullus, ne ipsi quidem Moschopulei, ante μὴ παρφάμεν distinguant. Eodem facit glossa optimorum παραβῆναι in BNP (et Tricliniana in Zμ′ν′) et gl. παραλογίσασθαι in A cum altero Sch. AB (Didymi, nisi fallor) μὴ ἀπατῆσαι, μὴ παραλογίζεσθαι (ita B), τουτέστιν ἐπικυροῦν τὸν τῶν θεῶν ὅρκον, τοῦτο δὲ ὡς ὠμομοκότων αὐτῶν φυλάξειν τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ κρυπτομένην νῆσον. His astipulatus est Triclinius de sententia Thomae M. ἐκ τοῦ εἰπεῖν θεῶν ὅρκον μὴ παρφάμεν δείκνυσι ὡς οὐ μόνον τὰς χεῖρας ἀνέτεινεν ἡ Λάχεσις, ἀλλὰ καὶ ὤμοσε τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ. ὅρκος γὰρ ἦν τῶν θεῶν τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ. Qui cum παρφάμεν ὅρκον iungerent, structuram verborum facilem habebant, et cum παρα fraudis esse statuerent, poterant uti locutione simillima P. IX, 43, ubi παρφάμεν τοῦτον λόγον est falsum hoc dicere. Is autem qui falsum iurat, peierat.

Duplex igitur huius fuit loci interpretatio; altera Aristarchi et Moschopuli; altera [Didymi], Thomae, Triclinii. Ne illis quidem δ' movere placuit, pro quo Ht. θ' invexit.

Germanus priora interpretamenta more suo amplificat, diversa miscens, μηδένα παρφάμεν καὶ παραιρεῖν μὴ δὲ παραπεῖσαι καὶ παραλογίσασθαι καὶ ἀπατῆσαι καὶ παραβῆναι τὸν Δία κτλ.

Accedit ultimum Sch. B χεῖρας ἀντεῖναι, ἀντὶ τοῦ χειροτονῆσαι ποιῆσαι, κατὰ μετωνυμίαν. Hic grammaticus χειροτονίαν deorum Parcae monitu factam intelligere videtur, ut ἀνατεῖναι vim habeat factitivam, ut aiunt. Idem fortasse ad ὅρκον infinitivum ἀναδιδόναι ex ἀνατεῖναι subaudiebat, ita ut dii essent ii qui vota susciperent cum Iove, non Lachesis cum Iove. Quod ita fortasse cogitandum est, ut Parca approbationem auspicetur, cui astipulantur dii, verba gestusque iuris iurandi concipientes. Didymo vero iuramenta deorum ut praegressa cogitari videntur, quorum fidem Parca solemni modo sanciat et comprobet. Triclinio denique sola Lachesis manus porrigit et iuramentum facit, pro diis, opinor.

70 Glossa Triclinianorum repugnat eorundem lectioni φανερὸν et videtur pertinere ad scripturam φαεννὸν s. φαενόν.

71 Sch. A μερίδα γενέσθαι et Sch. B (ad haec verba respiciens)

εἰς ἰδίαν μοῖραν confirmare videntur trium optimorum librorum lectionem. Γέρας Pindaro est honor, victoria, praemium virtutis singularis; μέρος pars debita, portio (Antheil). Ita I. VII, 39 γάμου γέρας est honor s. praemium nuptiarum; sed P. III, 98 εὐφροσύνας μέρος portio felicitatis, simpliciter; ut pars debita O. VIII, 77. Non tam proprie Sol Rhodum ut praecipuum donum accepisse dicitur, cum antea neglectus nunc debitum sibi λάχος accipiat. Unde in plurimos Pindari libros γέρας venerit, nescio, nisi nasutioris grammatici cura factum est, qui ultra poetam sapere sibi videbatur. Cf. de Hom. Od. λ, 534 μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλόν Dammii Lex.

71 Ex eodem fonte haustum credas τελεύταθεν, cui γρ. i. e. γράφεται praefixum est in B ut alteri lectioni μέρος, utrique a glossis probe distinctae. Intransitivum τελευτᾶν s. τελεῖν nec Homerus novit nec Pindarus; quae ellipsis (nam inde oritur hic usus verbi derivati) et de moriendo et de terminando Aeschyli est ceterorumque Atticorum. Scholia ambigua sunt, nam BCE τελεύταθεν] ἐτελειώθησαν. ἐτελειώθησαν δὲ τούτων τῶν λόγων τὰ κεφαλαῖα, ἐν τῇ ἀληθείᾳ πεσόντα passivum passivo reddunt, sed A τελεύτασαν δὲ λόγων: ἀντὶ τοῦ ἀληθῆ ἐποίησαν τὰ δόξαντα. ἐτελειώθη δὲ τούτων κτλ. .... πεσόντα aut diversa miscet, ut priora illa ἀντὶ .... δόξαντα ad activum τελεύτασαν exceptum obiecto κορυφὰν .... πετοῖσαν (dii verba sua rata fecerunt) spectent; aut intransitivum τελεύτασαν et vulgatam lectionem ante oculos habuit, ut verba ἀληθῆ ἐποίησαν τὰ δόξαντα generalem tantum totius sententiae valorem exhibeant, verba minus accurate exprimant quam sequentia ἐτελειώθη κτλ. — Plerique sine dubio τελεύτασαν intransitive ceperunt, nam in glossis (et in Sch. Recc.) ἐτελειώθησαν, ἐτελέσθησαν, ἐτελεύθησαν, ἐπληρώθησαν καὶ οὐ παρεβάθησαν (παρέβησαν) supra τελεύτασαν inveniuntur. Caeterum ambigas quid sit quod Triclinius contra Moschopulum de κορυφαί disputet; articulum, ait, cave ne ante κορυφαί suppleas; nisi fortasse Tricl. (et Thomas) κορυφαί praedicati esse voluit, ut οἱ λόγοι subiectum mente addatur: „illi sermones terminaverunt ita ut eorum cacumina in veritatem (immiscerentur)“ Artificiose. — Pindarus amat formas in θεν et εν desinentes, quarum unam vindicavimus O. I, 64. Ellipsis autem aegre fertur in metaphora. Nam ut dici possit „κορυφαί terminantur“, tamen non sine aliqua perversitate dicetur κορυφαί ter-

minant sc. viam. Toti autem locutioni imago subest turris s. montis cuius pars summa (ἄκρον) nubibus immiscetur.

74 Fortasse huic quoque epodo diaeresis restituenda est, ita ἔνθα σοφώτατα μιχθεὶς τέκεν ‖ ἑπτὰ ῥόδῳ | ποτὲ νοήματ' etc. Qua traiectione admissa (facili ea, nam σοφώτατα et ῥόδῳ ποτε alterum sub altero exarata sunt, ut locum permutare potuerint) epodos aliter dividere visum est, ut versu 15 Ῥόδον, εὐθύμαχον (Ambros. lect.) 35 νομόν, ἔνθα ποτε 55 φέρον. ἦν δὲ κλέος 75 τέκεν ἑπτὰ Ῥόδῳ 95 ὁδὸν εὐθυπορεῖ nec cum priore nec cum sequenti versu copulentur sed seorsim scribantur, brevi versu epod. 3. intercalato longioribus, ut in Str. Antistr. 3.

77. 78. Sch. Vett. in BIU (et rell. mss.?) ut diversam scripturam afferunt ὧν εἷς μὲν Κάμειρον πρεσβύτατον. Sed haec lectio eadem est quam in mss. nostris invenimus; nam non multum interest quod NX cum Additamentis Sch. Vatic. (τῶν δύο πρεσβύτερον) et gl. Tricl. (προγενέστερον λίνδου καὶ καμείρου) comparativum pro superlativo habent. Quapropter editor Romanus in ista scripturae diversitate apud Sch. Vet. πρεσβύτατος (de suo?) dedit, idque, quamquam cum sequente τε non congruit, tamen quodammodo eo confirmatur quod Cercaphus in Heliadarum recensu, qualis in B et Tricl. invenitur, primo loco nominatur (secundo in A), eodemque facit Comm. Mosch. ἀφ' ὧν εἷς μὲν ὁ πρῶτος Κέρκαφος τὸν Κάμειρον ἐγέννησε καὶ πρεσβύτατον τὸν Ἰάλυσον, ἐπιρρηματικῶς ἀντὶ τοῦ καὶ τὸν Ἰάλυσον πρώτιστα ἐγέννησε, καὶ τὸν Λίνδον, quasi ambas opiniones conciliaturus.

Olim mihi diversitas illa ita se habere videbatur, ut quod nunc legimus correctione Alexandrinorum invectum sit, cum aliquando ἐν τοῖς ἐδαφίοις fuerit ὧν εἷς μὲν Κάμειρος (sc. ἦν). πρεσβύτατον δὲ Ἰάλυσον ἔτεκεν (sc. ὁ Ἥλιος), Λίνδον τε. ut hi tres non nepotes sed filii Solis fuissent, quod, cum critici traditis fabulis non convenire viderent, in vulgatam scripturam mutassent. Sed contra moneas, Scholiastam in eo esse ut vulgatam lectionem exponat eumque post finem disputationis factum ὡς εἶναι τούτους υἱωνοὺς καὶ οὐ παῖδας Ἡλίου ita pergentem διὸ καί τινες γράφουσιν etc. eam scripturae diversitatem allaturum esse quae ad perspicuitatem cognationis addat, ut si πρῶτος pro εἷς μὲν a quibusdam legi voluerit, nec facile eum id pro diversa lectione proferre potuisse quo prior disputatio nitatur, quamquam hoc passim fit in Scholiis. Quae post allatam scripturae diversitatem sequuntur ὥστε τὸν λό-

γον εἶναι τοιοῦτον· ἀφ' ὧν τῶν Ἡλίου ἑπτὰ παίδων εἷς Κέρκαφος ἐγέννησε τοὺς προκειμένους ὥστε τὴν ἀπὸ πρόθεσιν ἔξωθεν λαμβάνειν ἡμᾶς utrum acceptâ istâ diversitate an ad priorem disputationem respicienti disputata sint non liquet. Ad hoc si olim fuissent qui tres illos Cercaphidas Solis filios fecissent, id procul dubio et clarius dictum esset et aliis quoque auctoribus constaret.

Sin vere πρεσβύτατος nonnulli praetulerunt, τε proximum mutaverint oportet, fortasse τέκ', Ἰάλυσον ἐπὶ τῷ, Λίνδον τ'. (cf. N. VI, 60) vel ἕτερον, pro ἐπὶ τῷ (Hom. Il. XII, 93. XVI, 179) vel simile quid scribentes. Mirum est nec A nec B loqui de Ialyso primogenito, quamquam non sine audacia filiorum ordo inversus est. Displicet ἔτεκεν repetitum; ft. e vs. 75 inculcatum. De mensura penultimae vocis Ἰάλυσος e consensu Dion. Perieg. 505 constare videtur. Etiam vulg. sic mutata ὡς εἷς μὲν Κάμειρον πρεσβύτατον τέκ', Ἰάλυσον ἕτερον, Λίνδον τ', planiorem filiorum recensum praestaret. Sed nihil mutamus.

78 ἕκαστος ἔχει Sch. B; praesens non ingratum est, sed ἔχον tenendum.

79 Paraphr. A διαδασσόμενοι τριχῆ τὴν γῆν τὴν πατρῴαν, καὶ τὴν μοῖραν τῶν ἀστῶν, dist. codicis E, Comm. Moschopuleus confirmant interpunctionem Böckhianam.

81 τόθι circumscribitur in Comm. Mosch. diserte ὅπου, relative. Additamenta D etc. αὐτόθι οὖν et ἔνθα; Thom. diserte ἐνταῦθα; demonstrative. Schol. B ἔνθα, ambigue. Schol. A non habent paraphrasin. τόθι relativum est N. IV, 52; τότε demonstrativum vs. 41.

83 Paraphr. B ὡς θεοῖς, ubi U πῶς; ὥσπερ θεοῖς, vulg. ὥσπερ θεοῖς. Haec defendunt singularem lectionem Ambrosianam. Tamen est quod placeat in vulgata. Ut Homero (θεὸς δ' ὣς τίετο δήμῳ) ita Pindaro θεός pro θεός τις in talibus dicitur, ut O. XIII, 50 Σίσυφον πυκνότατον παλάμαις ὡς θεόν. Paraphr. A deest. In A ὥσπερ θεοῖς, in DNOZΣaoq Al. Ro. Br. ὥσπερ θεῷ cum sequentibus copulatur; perperam. BV idem recte cum prioribus coniungunt. CEFQU omnino non interpungunt; utroque loco μ' Cp. sq.

85 Mirum in modum metro repugnat Thomana lectio, quam Scholion (editum in Germ. Sch. p. 36) ἐν πολλοῖς καὶ παλαιοῖς βιβλίοις inventam esse testatur. Hanc Thomae notam Triclinius de industria omisit. Paraphr. B non exstat; in A traiecta et lacunosa haec τῶν ἄνθεσι: ἐκ τῶν τληπολεμίων εἰς τὰ τληπολέμια οὗτος

ἐνίκησε τετράκις εὐτυχέων. Mosch. vulgatam explicat, in qua nullam offensionem video.

85 Femininum ἰσθμός diserte testantur Sch. B et O. VIII, 48. N. V, 37. I. I, 32 cum paraphrasi Sch. B ad I. I, 32. Aut negligentiae aut malae sedulitati debetur, quod unus optimus et alter mediocris h. l. masculinum praestant, ut O. VIII, 48 ποντίῳ in C scribitur.

86 Noli praeferre κραναοῖσιν ἀθάναις. Amat poeta praepositionem ita interpositam, ut O. II, 75 βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι.

89 Fugit editores nostros vulgatam Βοιώτιοι esse nullius fidei lectionem, quippe quam soli interpolati cum Comm. Mosch. praestent. Emendatio haec est lectionis Βοιωτῶν quae in plurimis vett. invenitur. Sed duo praestantissimi codices alia suppeditant, Parisinus βοιωτίας, Ambrosianus βοιωτίων. Prius verum esse duxi in praef. ad Schol. Germ. p. IV., nunc video longe melius esse alterum indeque facile explicari corruptum βοιωτῶν. Pindarus ut vulgarem formam vitaret adiectivum pro substantivo posuit, „der Böotischen", ut P. IX, 99 est παρθενική pro παρθένος. Vide egregiam disputationem Lobeckii in Paralip. p. 305., ubi se nescire ait utrum Βοιώτιος ἀνήρ in vetere oraculo adiective dictum sit ut homo Romanus an substantive ut βασιλεὺς ἀνήρ. Cf. eundem in Proll. Path. p. 500 et Path. I, 438. Neque ad dicendum facile est utrum Pindarus hoc sibi poetica audacia sumserit, an popularis sermonis imitatione, ut apud nostros poetas „die Schwedischen" legitur atque Ἀχαρνικοί, Λακωνικοί Aristophanea, et „Italici" aliaque. Quod Pindarus alias inter Λυδός et Λύδιος distinxit, quodque ἥρως Λυδός, ἄνδρες Αἰτωλοί, Ἀρκάδες cett. dixit, non impedit quominus etiam adiectivas formas pro substantivis usurpare potuerit. Suppetit similis corruptela P. I, 78 ubi tantum non omnes libri Μῆδοι praestant. Quod cum in metrum peccaret (ut h. l. βοιωτῶν), Triclinius Μῆδοι μὲν invexit, sed verum viderat Moschopulus Μήδειοι scribens, quam scripturam duo vett. libri Medicei nunc egregie confirmant. Est etiam Simonideum Μηδείων ἀνδρῶν. Quo collato Βοιώτιοι de personis usurpatum poetarum proprium fuerit, ut Βοιωτοί est solutae orationis. — Iam quum Βοιωτίων genuina lectio sit, altera quae est in codice Parisino Βοιωτίας emendationis speciem ostendit. Ex eodem optimo Ambrosiano emendari potest Scholion. Nam ubi apographon Vratislaviense φασι habere refertur, quod sensu cassum est, archetypon βασί praestat, i. e. Βασίλεια, quae Lebadeae celebrata esse e Sch. B constat.

90 Traditum erat πελλανα τ' αἰγινα τε diverso accentu signatum sed a Scholiastis pro nominativis habitum. Quum autem nominativum Αἴγινα ultimam brevem habere, metrum vero longam postulare viderent, duplici ratione haec sanare studuerunt critici: Byzantii traiectione Αἴγινα Πελλάνα τε, Bergkius αἴγινα glossema censens ita Πέλλανα τ' Οἰνώνα τε. Utraque simplex est et ingeniosa emendatio, sed vereor ut acum tetigerit. Priori recte obiicitur, Πέλλανα, cum altero loco O. XIII, 105 contra usum vulgarem ultimam brevem habeat, vix casu factum esse potuisse ut h. l. eadem mensura tradita esset, et Πέλλανα, non Πελλάνα videri fuisse elocutionem Pindaricam. Ad hoc particulâ τε in hoc recensu (quanquam Homerica exempla aliquot afferuntur) apud lyricum poetam aegre caremus. Alteri nihil obiici potest nisi sumptionem eam esse traditae lectioni contrariam. Sed ut Böckhianum Πέλλανά τ' Αἰγίνᾳ τε (acri codicis Parisini iudicio confirmatum) unice verum habeant lectores, attendant velim quomodo haec progrediantur: „Argivumque aes novit eum — inque Arcadiâ opera — et Thebis — certaminaque legitima Boeotorum.“ In his ante καὶ Θήβαις maiorem, post ea verba minorem pausam esse suspicor.*) Nam Thebani ludi ad Boeotios pertinent; Argiva atque Arcadica, Peloponnesiaca ambo, arctius cohaerent quam Arcadica cum Thebanis. Haec igitur cum paulo liberius copulata essent ita: und dann in Theben! — und all die Spiele der (übrigen) Böoter! — (ubi ὁ ἀγών potius quam ἔργα ad „Thebis“ subintelligendum est), perrexit similiter ita: und Pellene! — und wie er sechsmal in Aegina siegte! —

Interpretes veteres cum verba καὶ Θήβαις arctius cum antecedentibus coniungerent propter commune subiectum ἔργα, dativum Αἰγίνᾳ male intellexerunt et pro nominativo habuerunt. Nec ad mensuram vocis Πέλλανα attenderunt, quum Πελλήνη in vulgus notum esset. Hinc factum est ut plurimi mss. πελλάνα τ' αἴγινά τε scriberent. Attamen, ut fit, aliqua verae scripturae vestigia in paucis iisque optimis resederunt, qui utroque loco dativum signarunt. Solus Parisinus et structuram et mensuram recte dignovit.

---

*) ante (non post) κ. Θ. dist. plene BCEFGV*k*? — post (non ante) id. plene ADOX*a*ᵃᶜ*noq* Ro. Cp. Br. — id. (sed colo) Hy. — id. (sed commate) Mr. St. Bö.* — ante id. commate, post id. plene NZ*a*ᵇ — Utroque loco plene UΣ*k*?μ'ν' Al. — id. (sed duplici colo) Sm. Ox.

Nemo autem animadvertisse videtur, quam ingrata ex parilitate casuum ambiguitas oriatur, ut nescias, num Diagoras sexies in Aegineticis ludis tantum, an in Pellenensibus et Aegineticis sexies vicerit, an denique senas utrinque victorias reportaverit. Sed si Πέλλανά τ᾽· Αἰγίνᾳ τε νικῶνθ᾽ ἑξάκις scriptum erat, quispiam vel legens vel audiens de Aegineticis tantum victoriis sex agi intelligebat.

Sic poeta et prudenti consilio ab errore audientium, et iusto pulchri sensu imbutus a tumoris vituperatione cavit. Profecto non facile erat, quum undecim certaminum loca nominanda essent, aut putidum recensum, aut inanem magniloquentiam effugere. Vide quam scite inde ab initio orationem variaverit. Modo locum, modo victoriam, modo numerum victoriarum aliter profert; modo hac, modo illa structura utitur, dissimilis ille Pindaro Berolinensi, qui belle et excelse sibi loqui videbatur in illo de Russis

die verbunden waren mit allen, die
am Mäotischen, Kaspischen, Finnischen
Sunde wohnen, den rauhen
Samojeden, den Ostiaken,
und dem Tartar am Sangarfluß.

Idem cum Magnum Regem, meliore Pindaro dignum, praedicaret, non, ut noster de Diagora, sanctis pro eius felicitate et timidis precibus laudum agmen coëgit, sed modestiam victoris eo in fine carminis extulit, quod „se ipsum divina cum tranquillitate intueri omnium triumphorum summus esset triumphus.“ Quamquam quae ille de Musa sua non venali addit, virum probum ostendunt. At honesta illa et frigida magniloquentia quantum a vero poeta distat!

Böckhius in libello de Crisi de Laconicae urbis cognominis appellatione Πέλλανα admonet, quae olim Achaicae quoque fuerit. Kayserus Αἰγίνᾳ τε νικᾶν coniicit et cum seqq. ita iungit, ut Diagoras Megaris et Aeginae senas victorias reportaverit. Eodem sensu Rauchensteinius νικῶνθ᾽ dici potuisse censet, ita ut λέγει αὐτὸν ἡ λιθίνη στήλη e seqq. subaudiatur. Hoc (etsi schemate, de quo ad O. I, 104 diximus, defendi potest) durissimum, illud non necessarium est. Nec quidquam de sex victoriis Megaricis traditum habemus. Ne Bergkii quidem coniectura Οἰνώνα ab ambiguitatis crimine libera est. — Caeterum non solum editores recentissimi sed etiam nonnulli librarii haerebant quo νικῶνθ᾽ ἑξάκις

referrent; in FV ante (non post) idem, in E utrobique, plene distinctum est. Plurimi mss. ut BCDGQUX aliique recte post (non ante) νικῶνθ' ἑξάκις plene distinguunt; in A ita πελλάνα τ' αἴγινά τε, νικῶνθ' ἑξάκις· ἐν, quasi „sexies“ etiam ad Pellenam pertineret.

90 sq. ἑτέρου solus optimus codex habet; idem solus δ'. Reliqui omnes, quod sciam, ἕτερον et τ'. De particula nihil confirmationis est in Scholiis. Vulgatae ἕτερον favet Sch. A στήλη ἥτις οὐχ' ἕτερον λόγον ἔχει ἐγκεκολαμμένον ἢ ὅτι νενίκηκε Διαγόρας, quamquam ἕτερον correctum est, sed non fuisse videtur a. c. ἑτέρου. Ambrosianae astipulatur Sch. B φησὶν οὖν ὅτι καὶ ἐν Μεγάροις ἡ λιθίνη ψῆφος οὐχ ἑτέρου τινὸς οὕτως ἐγκεκολαμμένον φέρει τὸ ὄνομα ὡς τὸ τοῦ Διαγόρου. Quodsi ἑτέρου poeta scripsit, λόγον ἔχει quo sensu dixerit, ambigi potest. Non crediderim esse hoc Herodoteum r a t i o n e m s. c u r a m h a b e r e alicuius vel rei vel hominis, nec Platonicum i n t e l l e c t u m h a b e r e alicuius rei, sed aut n a r r a t i o n e m f a m a m v e, aut simpliciter v e r b u m c o n t i n e r e d e e o. Iam dixeris perinde esse utrum quartum an secundum casum scripserit. Id secus est. Nam exquisitior est genitivus multo, opinor, et aliis locis munitus ut λόγος Ἐρεχθέος ἀστῶν, λόγος Αἰακοῦ παίδων, λόγος Ὀδυσσέος, λόγος βοαθόων. Qui eo magis placet, quod ipsa columna loquebatur genitivo ΔΙΑΓΟΡΑ. Habebat igitur vox lapidea λόγον Διαγόρα, ut Homeri volumina continent λόγον Ὀδυσσέος. Quod reputanti ieiuna videbitur vulgata ἕτερον quae facillime pro ἑτέρου irrepere poterat. Id si acceperimus, etiam δ' accipiamus oportet, non quia nobis melius esse videtur, sed quia ex meliore fonte descendit.

Omnino huius vocabuli λόγος ambiguitatem passim interpretes fefellisse video. Cuius apud Pindarum quatuor sunt differentiae.

1. sermo; sermones mali (ut N. VIII, 21) bonique (laudes): Rede.
2. narratio, fama: Sage.
3. dictum, proverbium, oraculum, sententia: Spruch.
4. res de quo sermone agitur: Thema.

Quarta ex altera et prima ita pendet, ut, cum hae saepe in ipsius poetae sermonem vel narrationem cadant, etiam ad notionem c a r m e n et c a r m i n i s m a t e r i a deflectantur. Sed nusquam est nec r a t i o, nec r e s p e c t u s, nec p r o p o r t i o, nec c a u s a, generatim. Ita P. II, 66 ποτὶ πάντα λόγον ἐπαινεῖν non est o m n i r a t i o n e laudare, sed

in omni re vel dicendi materia; eademque mihi videtur esse sententia verborum P. IV, 132 πάντα λόγον θέμενος σπουδαῖον i. e. omnem dicendi materiam gnaviter disponens. Cum demonstrativo copulatum est id quod modo dictum est O. IX, 35. P. IV, 59. 116. IX, 43; O. IV, 17 aut proverbium aut id quod nunc dicturus sum; etiam N. X, 11 etsi trahi potest ad oraculi notionem, mihi potius id quod modo dixi valet. — Utut hoc vel illo loco ambiguum est quam potissimum notionis differentiam poeta informaverit, generaliorem usum aut non novit aut non voluit adhibere. Non adversantur enim loci sex, quorum unus est P. II, 66 supra laudatus. En reliquos: O. I, 28 ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον non est (ut quidam aiunt) supra verum, generatim, sed supra veram narrationem; O. VI, 90 ἀλαθέσιν λόγοις, quod a quibusdam Vett. (B[1] et Mosch.) κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον i. e. ἀληθῶς expositum esse video, est vera quam modo ostendi arte. Nam vera qui narrat, is verus poeta Pindaro. Ut O. I, 28 ad fabularum veritatem, ita haec verba O. VI, 90 ad musicam artem in Sch. AB[2] recte referuntur, quamquam vero hominum iudicio posse verti largior. P. I, 35 ὁ δὲ λόγος .... δόξαν φέρει non est „Quae ratio“ sed aut hoc quod modo dixi aut hoc dictum, proverbium. — Succurrunt haec omnia quinto loco O. II, 22 et ultimo I. VII, 61. In illo ἕπεται δὲ λόγος Κάδμοιο κούραις non est proportio, ratio, sed simpliciter meus poetae sermo sequitur nunc Cadmi filias i. e. transeo nunc ad eas; vel, si malis cum Sch. ἕπεσθαι esse convenire, convenit id quod modo dixi filiabus Cadmi. Recte Sch. AB[2] et Mosch. οὗτος ὁ λόγος, male B[1] αὐτὸς ὁ λόγος ut a dicendo abstractum sit. N. X, 37 est ἕπεται in simili transitu. — Altero loco I. VII tantum abest ut τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον sit (Dissen.) „hoc et nunc rationem habet“, ut sit „hoc et nunc meum poetae sermonem s. cantum adfert, dirigit, trahit. Paullo aliter Bö. (ad P. VIII, 38), credo, ita intellexit „huic et nunc convenit id quod dicturus sum“. Optime de utroque iudicavit Thiersch, acuto ille pulchri sensu praeditus, cum illic „es bewährte sich des Wortes Sinn“, hic „was auch jetzt die Weise begehrt“ redderet. Fr. 178 κυριώτερον ἐς σοφίας λόγον de Palamede Pindarus dixisse fertur, sed si ἐς σ. λ. valet „sapientiae respectu“, Aristidis ea sunt rhetoris, non Pindari.

92 Pindarici adiectivorum usûs immemores erant, qui Ὀλυμ-

πιονίκαν personae esse volebant et a τεθμόν separabant. Horum opinionem, quam refert sed iure suo impugnat Sch. A, tamen amplexus est Moschopulus. Idem fraudem fecit Germano, qui etiam ineptius κατὰ τὸν τεθμὸν τοῦ ὕμνου explicavit. Verum viderant Sch. AB cum Triclinio. — Nota glossas Vaticanas passim ea habere, quae scholia Ambrosiana praestant, ut h. l. τεθμὸν] περιφραστικῶς τὸν ὕμνον gl. B et Sch. A et vs. 97 παρὰ τὸ ὁμηρικὸν μὴ δὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν gl. B et Sch. A.

97 Ambrosianus rursus solus genuinam formam ἔχρεον servavit. Nam Pindari quoque est χρῆσεν P. IV, 6 χρησθὲν O. II, 39 ut vel Epicharmi ἀποχρέω. Vide Ah. D. D. p. 131 contra veterem opinionem (Buttm. G. G. 2, 327 sq.). Omnes reliqui (ut videtur) ἔχραον, in B cum gl. ἐπῆλθον, unde causam erroris cognoscimus. Scilicet alterum verbum χράω, χραύω ex Homerico στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων i. e. ἐπεβάρησεν, ἐπῆλθεν male invexerunt. Triclinius a reliquis interpretibus dissentiens ἐξ ἀγαθῶν iungi et ad res bene factas referri posse indicat ut sit ἐξ ἀγαθῶν πραγμάτων, ὀρθῶς κρίνουσαι, de sententia Thomae M., ut videtur. Sed Sch. [A]B et Mosch. recte ἐξέχρεον iungunt, quo poeta utitur ut ἐκδιδάσκειν, ἐκμανθάνειν, ἐκδόσθαι, ἐκτελευτᾶν, ἐκφέρειν. Erat funditus imbutus (edoctus) hac veritate. Talia rara esse nihil mirum, nam sunt inventionis poëticae. Tamen post eum eodem verbo usus est Sophocles (O. C. 87) non sine aliqua vi et acerbitate: funditus me Apollo omnia mea mala edocuit.

98 Etiam Sch. AB στ scribunt, non τ; ut A ἐραστίδας et ter ἐραστιδῶν; B passim ἐραστείδης et ἐραστειδῶν. Suspectum mihi ut Byzantiis et Ἐραστιδᾶν et N. VII, 35 Νεόπτολεμος, quamquam nominum proprium usui aliqua conceditur licentia. στ et τ non solum omnino ad permutandum facilia, sed etiam στ eo facilius increbuit ob ἐραστής, ἐραστός. De ἐραστός vide Steph. s. v. et Lobeck. Parall. p. 272. Tamen sciendum est τ emendationis esse Byzantinae, de qua constabit, si gentem illam ab Erato Herculis f. Argivorum rege nomen duxisse constiterit. Sed haec ex nimis tenuibus vestigiis conciliata sunt ut persuadeant lectori.

94—98 De huius loci interpunctione et mss. fluctuant et Scholia dissident. Nam Sch. AB verba ἐπεὶ — εὐθυπορεῖ cum antecedentibus, σάφα — ἔχρεον cum sequentibus coniunxerunt, ut his poeta se ipsum adhortatus esset, suppleto ὦ θυμέ, quod O. II, 89 et N. III, 26 in quaestione legitur, et saepius a Scho-

liastis subauditur, ubi poeta se alicuius rei admonere videtur. Hoc diserte indicat B signo[;] ante μὴ posito, quo in optimis libris apodosis a protasi distingui solet; idemque QUVZ*aoq* volunt. In plurimis ut in A utroque loco plene interpungitur, quod ambiguum est. Contrariam distinctionem G et E praestant. — Moschopulus distinctionem Sch. AB sequitur, sed de interpretatione dissentit, verba σάφα — Καλλιάνακτος ad Iovem referens. — Nostrates priora ad Diagoram, altera ad Iovem retulerunt, de sententia Triclinii. Recte, opinor, nam asyndeton offenderet, ut si isti verum vidissent, σάφα δαεὶς δ' scribendum fuisset.

In sequentibus Sch. A[1] τὸ κοινὸν σπ. α. κ. simpliciter exponit τοὺς προγόνους, quod Thomas fusius explicat; minus recte Sch. B cum Moschopulo τὸ κοινὸν καὶ διάδηλον τοῖς πολλοῖς.

Verba Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν nullus nec Vett. nec Recc. Scholiastarum aliter iungit atque cum sequentibus.

100 διαιθύσσουσιν praesenti redditur: ὁρμῶσιν gl. BΣ διατίθεται Sch. B et fortasse πνέει Sch. A; sed futuro ὁρμήσουσιν et τραπήσεται a Moschopulo. — αἰθύσσοντες] ὁρμῶντες Hesych. παραιθύσσει P. I, 87 a Schol. B ὁρμήσῃ redditur. παραίθυξε O. X, 73. Amare videtur huius stirpis vocabula Pindarus ut maxime exquisita et rara. Vide Lexica, etiam s. v. ἀναιθύσσω. Significatio inter movendum, concutiendum, splendendum (flimmern, flickern) fluctuat.

OLYMPIA VIII.

1 Librariis quibusdam fraudem fecerunt composita recentiorum poetarum a χρυσεο incipientia (ut VI, 57 in N), ut librariis Eurip. Ion. 1085; cf. O. I, 23.

1 In thesi primi systematis ferri potest Ὀλυμπία correptâ primâ. Epico more productum Οὐλυμπ — undecies nunc legitur apud P., de sententia criticorum Byzantiorum, qui ubicunque numeri longam postulare videbantur ου pro ο invexerunt. Nam vetus traditio eis non admodum favebat, quum octies vett. mss. consensu ὀλυμπ- praestarent. Nec aliter Thomani, nisi quod hoc

uno loco O. VIII. inter utramque formam fluctuant. Moschopulus qui epicae productionis auctor exstitit, semel tantum dissensum tulit Triclinii, O. VII, 10 ubi anceps est anacrusis. Ter tantum omnes vett. mss. οὐ tradiderant, O. III, 36 et I. III, 73 in arsi trochaica, et N. IV, 75 in anacrusi alibi semper longa. Consensu, nam quod O. III, 36 duo mss. (NO) ὀλ. scribunt, id negligentiae eorum insigni tribuendum est. De aliis vocibus, quae eandem mutationem patiuntur, ut κούρα, μοῦνος, νοῦσος, οὖρος, οὐλόμενος, γούνασιν, δουρί, δούρατα, multo fuit traditio constantior. Quae quum semel et vicies apud poetam inveniantur, nullo tamen loco ita ut in omnibus vett. mss. communem formam traxerint, immo in quindecim (tribus, qui in thesin incidunt, inclusis) eam ne unus quidem codex praestat, in sex reliquis*) pauci. Ad hoc tantum non omnes οὐ postulant, ut in arsi necessarium. — Differt igitur ab his exemplis quod de formis Ὀλυμπ- et Οὐλυμπ- traditum habemus. Omisso N. X, 84 qui mutilus est, restant septem loci. Ex quibus duos recte sanasse videntur Byzantii O. XIII, 88 et P. IV, 214 ubi prima syllaba in arsi est; de reliquis, ubi sive in thesi est sive in anacrusi, est ut dubitemus, praesertim quum omnes non solum nominis proprii excusationem, sed etiam primi systematis vel veniam vol normam habeant. Sunt enim hi O. III, 15. V, 2. VIII, 1 in thesi; IV, 8. VII, 10 in anacrusi. Id enim pronius ad fidem est consulto quam casu aliquo vel peculiari librariorum ad ὀλυμπ- praeferendum propensione factum esse. Nec sufficiat dicere plurima hoc genus cadere in Olympia, quae, si ad optimos fontes adscendimus, non magis minusve corrupta esse inveniuntur quam reliqua carmina. — Nec cum Hm. N. X, 6 κουλεῷ in thesi primae strophae positum, nec cum Bö. N. VI, 64 Πουλυτιμίδαν invexerim, utrumque sine libris.

Contrarium vitium — οὐ pro ὀ — aliquoties accidit, ut O. IX, 56 κοῦροι traxit vocem κουρᾶν in omnibus vett. mss., cum deberet esse κορᾶν; et P. IX, 19 οἰκουριᾶν, quod Moschopulus recte in οἰκοριᾶν Aeolicum mutasse videtur, ut et Schmidio visum est, quamquam improbaverat Triclinius.

De ἀρχαίᾳ σημασίᾳ, cui non tantum tribuerim quantum hodie usu venit, vide ad N. X, 62. Lineola certe et consonantibus gemi-

---

*) Cf. O. VI, 17 δορὶ A; P. X, 41 ὀλόμενον EF[ac]; P. IX, 27 μόναν I; P. VI, 21 ὄρεσι PQ Ro.; P. IV, 103 κόραι et IX, 13 κόρᾳ nonnulli.

nandis et vocalibus producendis antiquitus supra picta fuerit, qua neglecta multa in libros nostros devenerunt vitia, ut N. X, 84.

2 ἀλαθείας cum sequentibus coniungit U^b cum prioribus reliqui. Dissident autem Sch. A¹ et Sch. B (A²) ita, ut ille μᾶτερ ἀλαθείας et δέσποιν' ἀέθλων iunxerit, veritate ad iudicium certaminis relata, quae luxata est verborum structura; hic δέσποιν' ἀλαθείας et μᾶτερ ἀέθλων iungens veritatem ad oraculum Iamidarum retulerit. Posteriorem opinionem et mss. omnes distinctione produnt, et Thom. Mosch. Tricl. sequuntur, idemque Bö. cum rell. edd. voluit. Rursus hi de matre certaminum ita inter se discrepant, ut Vett. cum Thom. et Tricl. de omnium certaminum praestantissimo, Mosch. vero cum nostris edd. de genetrice victoriarum interpretentur.

2 Dissentiunt inter se Vett. et Recc. quo sensu poeta παρα dixerit. Dicunt alii redundare praepositionem, alii esse eam cum Διός coniungendam, alii idem esse quod ἀποπειρῶνται. In his omnibus aliquid veri inest, nam mihi παρα videtur deminuendi vim habere et modestiae esse ut εἴ τιν' insequens. Cf. εἴ τι παραιθύσσει P. I, 87. Audacis hominis esset πειρᾶσθαι τοῦ Διός, sed παραπειρᾶσθαι modesti, „periculum facere de Iove explorando“ (einmal einen Versuch machen mit der Erforschung des Zeus). Nam non est explorare simpliciter. Recte Papius in Lexico einen leichten Versuch machen.

4 Distinctionem post λόγον ab Hy. invectam nullus tuetur ms., exceptis DE, sed ne hi quidem de Heynii sententia, immo hi voluerunt (ut est in F) λόγον· ἀνθρώπων πέρι. μαιομένων perspicuitatis causa, ne anastrophen lector praetermittat. Omnes rell. non post λόγον, sed aliquot (ut AN) post πέρι interpungunt, eodem consilio.

8 Callierges insolitam huic loco curam impendit. Fortasse quominus Byzantios sequeretur deterruit eum et forma inaudita πληρέονται et ingenua quam in Scholl. Recc. legerat interpolationis confessio Tricliniana οὐ χρὴ ἄνεται [δὲ] γράφειν οὐδὲ εὐσεβείας, [οὐδὲ λιταῖς], ἀλλὰ πληρέονται καὶ εὐσεβέων καὶ λιταί. οὕτω γὰρ ἔχει πρός τε τὴν σύνταξιν καὶ τὸ μέτρον ὀρθῶς. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἕτερα ἐκαινοτομήθη τῷ σοφωτάτῳ Μοσχοπούλῳ κἀμοί, ὡς ἐξετάζων εὑρήσεις, ἀνοικείως ἔχοντα πρὸς τὸ μέτρον. Confugit igitur Editor Romanus ad codices quibus utebatur BH indeque ἄνεται δὲ recepit, de suo tamen duplicans ν; indidem λιταῖς recepit;

ex interpolatione autem admisit εὐσεβέων, omisso tamen δ'. Sic mistam ille lectionem exhibuit. Caeterum illa notula quae sit ratio et auctoritas correctionum Byzantinarum probe ostendit. Triclinius enim de omnibus eis quae ante ipsum Moschopulus novaverat hisce notis breviter admonuit lectorem, passim etiam sua prae Moschopuleis commendans, sed plurima illius inventa sua faciens. Cf. Sch. Germ. p. XVIII; 64, 3 et in notis passim.

Moschopulus emendationem suam ad coniecturam Asclepiadis applicavit. Is enim legit ἄνεται . . . λιταί, schemate Pindarico, quod Beckio et Hm. persuasit. De Asclepiade vide Bö.[1] II, p. XV sq. Huius grammatici opinionem convellerunt alii, Didymus puto maxime, unde factum est, ut nostri libri vett. λιταῖς praestent. Ii vero quomodo verba construxerint et intellexerint quaeritur. Primum ex Thomanis et Vaticanis propriis (cf. Germ. p. 38 sq.) apparet ambigi, utrum ἀνδρῶν ex εὐσεβείας an ex λιταῖς pendeat, id est utrum ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβείας ἀνδρῶν, λιταῖς an ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβείας, ἀνδρῶν λιταῖς melius sit. Deinde utrum εὐσέβεια et λιταί eorundem sint, an εὐσέβεια aliorum, aliorum vero λιταί. Si aliorum, εὐσέβειαν τῶν ἀγωνιζομένων, λιτὰς vero τῶν Ἰαμιδῶν esse manifestum; si eorundem, utrum interpretantium an consulentium oracula, non item. Si illud, poeta de Iamidarum tantum piorum precibus loquitur; si hoc, generalior est sententia de omnibus qui piis precibus oraculum adeunt. Deinde quo sensu verbum ἄνεται constructum sit; utrum ἡ ἀρετὴ, τὰ ἔμπυρα, τοῦτο aliudve*) subaudiendum et τελειοῦται ἡ μαντεία εἰς χάριν (ἕνεκα) τῆς εὐσεβείας intelligendum sit; an ἄνεται λιταῖς impersonaliter dictum sit pro τελειοῦνται λιταὶ, de sententia Asclepiadis, sed dativo servato. Si prius, utrum ἄνεται sit ἀναδίδοται ἡ μαντεία (Thom. zu Stande kommen, de illo oraculo non alienum) simpliciter, an πληροῦται, τελειοῦται (in Erfüllung gehen) emphatice. Denique quid sit πρὸς χάριν.

Tanta est huius loci ambiguitas ut Oedipo vel Asclepiade altero opus esse videatur. At ipsa ambiguitas pro argumento sit. Nam specialia is qui loquitur diserte eloquatur oportet, generalio-

---

*) Video quosdam adeo incidisse in οὗτοι οἱ μαιόμενοι e prioribus supplendum, schemate furtivo, quod nemo sanus intelligere potest. Gl. A τελειοῦνται nihil hoc adiuvat, nam est ea e Scholio Asclepiadis temere addita, ut saepe in glossis.

ribus vero semper aliqua ambiguitas inest, nisi perpetuitatem orationis respicias. Cf. O. VII, 56. P. II, 17 etc. etc. Si de Jamidis loqui voluisset, id expressius, opinor, protulisset poeta. Porro transitum generalioribus verbis facere solet; est autem h. l. ab exordio ad ipsius victoris res transiturus. Quem transitum ita instituit ut de precibus generaliter locutus ipse preces pro choro recipiendo faciat, suum de precandi effectu praeceptum exemplo comprobans. Relinquamus igitur vatum preces, de quibus Scholiastae et glossatores Böckhio et Kaysero persuaserunt. Relinquamus etiam Thierschium, qui Iovem subaudivisse videtur precibus interrogatorum satisfacientem; quod ut de sententia minime ineptum est, ita vereor ut Graecum sit. Nam etsi P. θεὸς ἀνύεται τέκμαρ dixerit (P. II, 49), medio ἄνεσθαι (eoque cum dativo constructo) quemquam usum esse exemplis, quod sciam, commonstrari nequit.

Fateor me semper adhuc ἄνεται λιταῖς impersonaliter accepisse (cum Di. et Sw.) fit perfectio precibus, dativo commodi, non instrumentali. Nunc quum nullum veterum interpretum verba ita construxisse videam, eiusdemque structurae rarioris (Ma. § 297, ann. 2; Kr. § 52. 3, 6; 4, 5) exempla Pindarica me legisse non meminerim, erroris me arguo. Iam e prioribus subiectum repetatur necesse est.

Usu verborum ἄνω, κατάνω etc. accuratius pensitato, diversa misceri apparet a lexicographis, qui αὔξειν et φθίνειν (ἀφελεῖν), ἀποτελεῖν (πληροῦν) et καταπαύειν, ἀναλίσκειν coniungunt. Nam aliud esse videtur ἄνω [et ἄνυμι] unde factum est ἀνύω, ut ἑλκύω ab ἕλκω (cf. Lob. Path. I, 324); aliud ᾱνω (et ᾱνυμι) derivatum ex priore, praefixo ἀ- eoque cum altero ᾰ confuso, ut ἀμέλγειν, ἀμείρειν, ἀμύνειν aliaque non pauca. De etymo, si proximum ἄν-ε-μος adhibere licet, metaphora navigantium subest, ut ἄνειν proprie fuerit expedire vento secundo, ἀ-άνειν (ἀπ-άνειν) contrarium admodum i. e. vento a cursu depellere, vel vento dispellere. At de hac re videant Etymologi. De significatione tantum mihi constat, ᾰνω, ᾰνυμι, ᾰνυω esse efficere, perficere, iuvare (flott machen, fördern); et intransitive vel passive proficere, prospere succedere, expedit (von Statten gehen, flott sein); sed ᾱνω [ᾱνυμι, κατᾱνω] dissipare, consumere, deminuere, corripere (iter), finem facere, et passive desinere, elabi. Primitivi ᾰνω tenuissima tantum vestigia supersunt, ut in illo Home-

rico Il. σ, 473 ὅππως ἔργον ἄνοιτο (et in altero Oppiani imitatoris ὁπόταν ἔργον ἄνηται) et in paucis aliis exemplis quae aut recentiora aut magis dubia sunt. Sed tritum est ἀνύω de operibus cuiusvis generis et οὐδὲν ἀνύεις nihil proficis (Du kannst es nicht blasen ioci causa compara). Alterum vero, ἄνω, paullo frequentius, sed tamen poetis proprium. Homerica sunt τὰ πολλὰ κατάνεται, νὺξ ἄνεται, χρόνος ἄνυτο Theocriti, Herodoti ἀνόμενον ἔτος, recentiorum epicorum κατανομένων ἐνιαυτῶν, ἀνομένων ἐτέων, νέον ἤματος ἀνομένοιο, in quibus ἄνω de opibus quae absumuntur, et de tempore quod elabitur dictum est. Item ἦνον ὁδόν Hom. Od. γ, 496 non est perfecerunt iter, sed corripiebant viam i. e. accelerabant iter, nam Pisistratus et Telemachus nondum pervenerunt Lacedaemona; similiter summa audacia lyrica Aesch. Ch. 788 ἀνομένων βημάτων desinentium gressuum; nec aliter Arist. Vesp. 369 τοῦτο μὲν πρὸς ἀνδρός ἐστ' ἄνοντος εἰς σωτηρίαν quod non eius est qui perficit iter ad salutem, sed qui accelerat iter naviter, qui vult perficere iter ad salutem. Is autem locus qui sine dubio tragicorum magnificentiam imitatur etiam verbo ἄνω ellipsin vocis ὁδόν vindicat. Atqui is cui via corripitur, accelerat iter et in eo est ut perficiat; ut per itineris metaphoram ad idem redeat ἄνω, quod ἀνύω videtur a primo initio significare. Ita ἄνειν ὁδόν est accelerare iter, ἀνύειν ὁδόν perficere iter. Licuit autem subaudire ὁδόν apud utrumque verbum.

Ergo Pindaro quoque ἄνεται scil. ὁδὸς est deminuitur s. corripitur i. e. acceleratur via, non perficitur via, nec, omisso ἔργον, perficitur opus. Iam nulla fuit ambiguitas et hoc voluit poeta: Corripitur autem via ad gratiam (i. e. praemium) pietatis virorum precibus, i. e. Precando homines ocius praemia pietatis attingunt; piorum hominum precibus ocius dii satisfaciunt.

De reliquis verbis nulla est mssorum fluctuatio. Genitivum εὐσεβέων, quem Callierges veteri scripturae inculcavit, nec ullus vett. librorum praestat (nam de V male relatum erat, et quod in G εὐσεβείων a recentissima manu suprascriptum idemque in Σ correctione invectum est, nihil probat), nec ab ullo Scholiasta vetere lectum esse effici potest. Nam quod in B[1] est τοῦτο τὸ εὐσεβεῖς, id manifesto ex εὐσεβείας corruptum est, quum in eodem commate repetatur χάριν τῆς εὐσεβείας. Est autem genitivus εὐσε-

βείας exquisitior et, si χάρις est praemium, magis aptus quam εὐσεβέων. Hoc εὐσεβέων ita tantum optime posuisset Pindarus, si cum ἀνδρῶν λιταῖς coniunctum esse voluisset. Sed πρὸς χάριν absolute positum frigere videtur nec defenditur O. I, 75 collato, ubi ad notam locutionem ἐς χάριν facile σου suppletur. Sed nostro loco χάρις videtur esse χάρις εὐεργέων gratia pro beneficiis relata, ut χάρις φίλων ἀντὶ ἔργων P. II, 17. Occurrit Soph. Trach. 993sq.

ὦ Κηναία κρηπὶς βωμῶν,
ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι
μελέῳ χάριν ἤνυσας (ὦ Ζεῦ)

Pindarus enim dixerat gratiam a diis pro (sacris et) precibus referri mortalibus. Cui quasi opponere videtur Sophocles acerbe: Qualem mihi pro tantis sacris gratiam retulisti! Possit hoc quidem iis favere qui ἄνεται vertunt perficitur, et vel Thierschio qui Iovem subaudit. Quo pacto etiam ἠνύσω apud Sophoclem (quod pro ἤνυσας traditum est) defendas allato Pind. P. II, 49.

Denique causam non video cur εὐσεβίαις λιταῖς cum Ht. scribamus. Nam id ab ultimo Sch. lectum esse non magis manifestum est quam a primo εὐσεβέων. Immo apparet hunc grammaticum λιταῖς a reliquis separasse et verba πρὸς χάριν τῆς τῶν ἀνδρῶν εὐσεβείας pro dativo instrumentali ταῖς εὐσεβείαις accepisse, quod etiam διὰ τῶν εὐσεβειῶν vel διὰ τῆς εὐσεβείας exponere potuisset. Est enim Atticis poetis πρὸς χάριν τινός fere idem quod ἕνεκά τινος vel dativus instrumentalis, ut Eurip. Med. 538 πρὸς ἰσχύος χάριν opponitur simplici dativo νόμοις. Sed hoc frigidum et a Pindaro alienum esse existimo. — Invenitur λιταῖς substantivum etiam alibi apud poetam.

De mensura penultimae in voce εὐσέβεια vide Bö. Gr. Trag. Princ. p. 264sq.

11 Stephani coniecturam ἕσπετ' optimi mss. comprobant; brevis thesis in hoc systemate non offendit. Sch. AB in paraphrasi habent: ἂν παρακολουθήσῃ (A), ἂν ἐπακολουθήσῃ (B). Inde nihil efficitur.

16 Moschopuli commentum ὃν μὲν ἐν exprimit Comm. Mosch. (in αγμ') ὃν μέν, ἤγουν ἔστι μὲν ὅν, τουτέστι σέ, ἐν τῇ νεμέᾳ πρόφατον, τουτέστιν ἔξοχον κτλ. quod mutilatum est in nostris editionibus. Idem probavit Tricl. adiecta notula διὰ τὸ μέτρον τοῦτο.

Mss. vett. inter ὃς σὲ μὲν ἐν et σὲ μὲν ἐν fluctuant. Scholia Vetera non diserte agnoscunt pronomen relativum. Immo Vati-

cana, nisi solito negligentiora fuerunt, γενεθλίῳ. σὲ μὲν ἐν (quod est in textu eiusdem Vaticani aliorumque) ante oculos habuerunt. Ambrosiana generaliora sunt, ut nihil certi ostendant, nisi fortasse γενέθλιος lectum fuisse pro γενεθλίῳ.

Potest quidem omitti pronomen, et ὁ Ζεὺς ad θῆκε suppleri. Sed et minus sic est concinna oratio, et versus eodem loco quo nexum eiusmodi desideramus numeris laborat. Nec ὃς glossam fuisse veri simile est, quae postea in ordinem recepta sit, quum ea potius fuisset οὗτος ὁ Ζεύς vel ὁ Ζεύς. Alioqui non displiceret coniectura Ahrentis (Ph. XVI, 52) γενεθλιδίῳ· σὲ μὲν Νεμέᾳ πρ. qui recte observat, syllabam brevem post interpunctionem minus offensionis habere. Longius a libris recedunt aliorum emendationes, ut Kayseri ἔκφαντον σὲ μὲν ἐν Νεμέᾳ, et Bergkii, qui inter εὐφύλλῳ σὲ μ. ἐν N. et γενέθλιος ἀμφ' ἀέθλοις. σὲ μὲν ἐν N. lectoribus optionem facit. Apud ambos enim offensionem habet πρόφατον, quod Byzantii pro πρόφαντον metri causa invexerunt. Constat scholiastas veteres adiectivum huius generis legisse, quum in paraphrasi ἐπιφανῆ, ἐπίσημον, ἔνδοξον habeant. Nec tam confidenter de πρόφατον pronunciaverim, cum in nonnullis adiectivis quae in φατος terminant „vis verbi penitus evanuerit" (Lo. Techn. 106). Incidi olim et ipse in προφανῆ, sed praestat nihil movere et iudicium Byzantiorum sequi, quorum lenissima est medicina. Vide etiam Ht.

Admisso pronomine emendationes Bth. ὃς μὲν σ' ἐν et Bö.[1] ὃς σ' ἐν μὲν thesin longam praestant. Hyperbaton in illa inauditum, in hac tolerabile fortasse. Sed mihi persuasit Hm., ὃς σ' ἐν μὲν Νεμέᾳ non ad hyperbaton sed ad anacoluthiam revocandum esse, ut poeta pergere voluerit πὰρ Κρόνου δὲ λόφῳ νῦν Ἀλκιμέδοντα, sed oratione paullo immutata oppositionem inverterit. Altera Bö. emendatio ὃς σὲ μὲν (om. ἐν) ob exilem sonum quibusdam displicuit nec meas aures titillat, etsi brevis in thesi huius systematis ferri potest. Ἐν saepius inculcatum est*), quod huic loco eo facilius accidere potuit, quum μὲν praecederet. Tamen ἐν Νεμέᾳ coniungere solet P., ut O. XIII, 94. N. II, 23. III, 18. I. V, 3. 48. Nescio an scribam γενέθλιος (γενεθλίῳ)· ὃ σὲ μὲν ἐν Νεμέᾳ, quae scriptura et omissionem pronominis et corruptelam ὃς explicat,

*) Ad Sch. Germ. p. V, ubi tria exempla praepositionis ἐν male in textum inculcatae afferuntur (O. II, 61 sq.; P. III, 36; N. III, 46 sq.) adde alia quaedam: (O. IX, 8;) P. I, 35; III, 102; IV, 64; VIII, (11). 28. 78; (IX, 81;) N. I, 63.

forma rariore expulsa. Illud ὃ *) Vatic. recte reddidisset ὁ Ζεύς, si cepit demonstrative. Soluta arsis in primo systemate passim admittitur, ut ter in N. V (6. 10. 12.); cf. P. IX, 25. Sed eae trochaicae arses sunt, non dactylicae; atque offendit eo magis insequens brevis. Meis tamen auribus vel sic gratius quam ὃς σὲ μὲν Νεμέᾳ. Insequenti versu si cum optimis παρὰ pro πὰρ scripseris, eandem solutionem habebis, sequente brevi. Eadem brevis est vs. 20. 42. Omnino haec oda leviores numeros habet.

20 Ambr. ita distinguit accuratissime .ἔργῳ τ' οὐ κατ' εἶδος ἐλέγχων; ἐξέννεπεν κρατέων πάλα; δολιχήρετμον αἴγιναν πάτραν. Vide de usu signi[;] ad O. VII, 94 sqq. Hm. κρατέων πάτραν δ. αἰ. πάλᾳ. Alii aliter transposuerunt. Non opus. Vide ad vs. 16 s. f.

23 Veteres non ὅτι vel ὅ,τι, sed ὅθι legerunt, quae rarior vox in vulgatiorem cessit, ut vs. 16 ὃ in ὃς abiisse coniecimus. Gl. AQ ὅπου; paraphrasis praestat ὅπου bis in Vatic., semel in Ambros.; ἔνθα bis in Vat.; ἐν τῇ πόλει in Ambr. Sex testes a collusionis suspicione liberi sufficiant. Unum tantum Ambr. comma ἐὰν habet in paraphrasi, quod ambiguum est. — Porro πολὺ] το πλῆθος gl. AZν' et ita etiam Sch. non adverbialiter sed substantive (πολύ τι, ὄχλος) quod vix credas hos analogiâ τοῦ τὸ πολὺ τῶν 'Αργείων falso adhibitâ intellexisse. — Deinde utrum πολλὰ an πολλᾷ legerint non liquet; gl. A πολλαχοῦ, quod etiam in una alterave paraphrasi recurrit; ut nec utrum ῥέποι (ῥέπῃ), an ῥέπον, an ῥέπει. gl. A ὁρμᾷ, ἤγουν οἱ μέν εἰσι πονηροὶ, οἱ δὲ ἀγαθοί, δύσκολον δέ ἐστιν ἐν ὀρθῷ λογισμῷ διαχωρίσαι αὐτούς· τοῦτο δὲ ποιοῦσιν οἱ αἰγινῆται. — Denique διακρῖναι quod in optimo codice est cum Sch. B consentit, ubi septem infinitivi aoristi illi exprimendo inserviunt; sed in A Sch. διαγινώσκειν et ipsum διακρίνειν, in Mosch. (gl. et Comm.) τοῦτο διοικεῖν, in Tricl. τοῦτο γνῶσιν.

Utut est de lectione, tantum constat, veterum huius loci intellectum toto coelo diversum fuisse ab eo qui inde ab Hy. nostris editoribus placuit. Heynio enim hoc ad peregrinorum negotia et causas, in quibus ius saepe varium, incertum et obscurum sit, referri visum est. Veteres de ingenti hominum multitudine, hospitum civiumque, Aeginam confluentium cogitaverunt. Diversa profecto studia etiam causas mercatorias comprehendunt, sed ad has solas nullus veterum verba retulit, ut generaliora, de omnibus

*) Cf. P. I, 74; II, 50; XII, 31; I. VII, 23. 49.

civitatibus populosis atque industriis quas non sine magna prudentia aequa lege moderere. Nam, ut Scholiasta unus addit, inter peregrinos etiam perditi homines multi; malos punire, bonos tueri, id in tanta turba qualis in Aeginam confluebat difficile. Tamen vel sic singula diverse accipi possunt, aut generaliter 1) ubi multum aliquid est et multiplex, id a e q u a lege ordinare difficile est; aut 2) ubi multa sunt et multifariam vergentia s t u d i a hominum, ut Aeginae; aut 3) ubi multa est et multifariam ingruens hospitum turba, suum cuique tribuere difficile est, de φιλοξενίᾳ. — Ab his aliquanto dissentit unus interpretum ὅπου ἐστὶν ὄχλος, ἐνταῦθα τὸν κατοικοῦντα ὄχλον τῶν συμφερόντων τι νοῆσαι χαλεπόν (B) vel ἐν ᾗ πόλει πολὺς [ὄχλος], ἐν ταύτῃ τὸν κατοικοῦντα κτλ. (A). Hic verba ad d e m o c r a t i a e iniquitatem retulisse videtur, aut ita 4) ubi multum et multifariam praeponderans (ῥέπον) est vulgus, non sunt iusti in hospites; aut ita 5) ubi quod m u l t u m est etiam m u l t o (vel multis in rebus) praeponderet (überwiegen darf) etc. Ubi iniqua est partium civilium ratio ut plebis lanx praeponderet, ibi etiam in hospites aequitas deficit. Rectissime. Nam vulgus semper odio habet peregrinos. Pindarus, qui ubique sibi hoc nomine constat, non sine aliqua ambiguitate (ne disertius reprehendat Athenienses) sed tamen ita ut amici intelligant, Aeginetas admonet ne λάβρον στρατόν (P. II, 87) praeponderare sinant. Non sine causa sollicitus erat, nam triennio post insula ab Atheniensibus, ope popularis factionis, capta est. Iam omnia optime cohaerent. Vide de totius carminis consilio Interpretationem Germ. ad vs. 28. 74 sqq. etsi tunc cum aliis de verbis ὄθι γὰρ κτλ. erravi. Causae mercatoriae omnem huius loci splendorem obscuraverant.

25 Interpunctionem recte sustulit Ceporinus cum omnibus Sch. Qua sublata quo καὶ referendum sit quaeritur. Dissenius: „etiam hanc insulam“ ut Olympia est columen hospitum omnigenorum. Quo nihil potest cogitari alienius. Quippe totum locum male intellexerant ab Heynio inde. Poeta versatur in comparandis Graecorum virtutibus hospitalibus. Dicit Aeginetas esse hospitales κατ' ἐξοχήν. Indicat futuram esse hospitum repudiationem vel in ipsa Aegina, gliscente plebis impotentia. Igitur non sine acerbitate addit καί, quasi Aeginam mox e numero hospitalium civitatium exclusum iri praevidens. Adhuc enim hoc inter caetera stat hospitalitatis praesidia, non semper stabit fortasse. Id quivis lector senserit necesse est. Gravissimi sane poeticae pulcritudinis atque

ethici vigoris apud Pindarum inimici exstiterunt, qui talia ab eo abiudicare voluerunt.

31 In versibus Euphorionis apud Sch. A codex Ambr. οὐκ ἀβοήθητα περὶ κρήδεμνα δεμόντες (non, ut Vratisl. ἀβοήθητοι πρὸς κ. δ.) ubi Gh. correxit οὐκ ἀβοήθητοι κρήδ. δέμ. omisso περι. Fortasse οὐκ ἀβόητα περὶ κρ. δ. servata caesura, id est οὐκ ἄκλαυστα non indefleta moenia cf. Ja. Anth. IV. p. 265. App. Epigr. 200, 1 ἤλυθες οὐκ ἀβόατος nisi malis hoc dictum esse de clamore pugnantium circa moenia Troiae.

32 Inf. fut. τεύξειν post μέλλοντες invexerunt Moschopulus et Triclinius; est etiam gl. Mosch. κατασκευάσειν et in Comm. Mosch. ἐπιτεύξειν. Sed Thomani cum vett. τεῦξαι. Cf. Lo. ad Phryn. p. 745 sq. Bö. de Crisi § 26. Dubitationem id facit de istis libris (ΓΔΣ etc.) Thomae Magistro tribuendis; cf. Sch. Germ. p. XIX. Sed longe plurima persuadent ut libros illos Thomanos esse censeamus, etiam id quod Thomam vel pauca vel nulla novasse silentio Triclinii (cum tamen Moschopuli mentionem faciat — vide ad vs. 8) indicatur. Is igitur id quod apud Atticos cum Phrynicho ut ἐσχάτως βάρβαρον convellit, tamen Pindaro concessisse videtur, sed recentiores Byzantii e Pindaro quoque sustulerunt. Cf. λασίμεν post ἕλπεται ab iisdem interpolatum O. I, 64.

36 λαῦρος in tribus optimis ABE saepius invenitur quam λάβρος. Tamen (nisi duo olim vocabula fuerint) λάβρος (quod correpta prima legitur N. VIII, 46) rectius scribitur, ut etiam τοῖς ἀκριβεστέροις visum est Eustathii tempore. Vide Lex. et Lo. Path. I, 298.

37 νέον adverbialiter accipiunt Sch. Vat., et hoc valore idem cum antecedentibus coniungitur in Comm. Mosch.; Sch. Add. (D etc.) dicunt aliis id loco adverbii εὐθύς fuisse, alios vero idem cum πύργον adiective consociasse „novam in turrim". — In A non exprimitur νέον in paraphrasi. — Νέον adverbium poeticum esse mihi constat, sed nescio an cum ἐσαλλόμενοι coniungendum sit, ut in illo Homerico de Thetide ἡ δὲ νέον παρὰ πατρὸς ἐρισθενέος Κρονίωνος ἐρχομένη, κατ' ἄρ' ἕζετο … i. e. „cum recens (simulac) venisset, consedit". Nam non id agit poeta ut dicat serpentes, simulac moenia constructa essent, insiluisse, sed, cum haec constructa essent (quod recens factum esse dicere non attinebat), simulatque insiluissent, statim duos relapsos esse, unum vero obtinuisse. Possit igitur participium praesentis temporis eo consilio

hic positum videri, ut Pindarus schemate Homerico uti voluerit: „Recens assaltantes tres, deciderunt duo, unus vero rem obtinuit“ i. e. „Simulac tres insiluerunt, statim etc“. Neque aliud fortasse Sch. Vett. cum εὐθέως καὶ παραχρῆμα et εὐθύς interpretarentur in mente habuerunt. Iam Moschopulus caeteris errorem praeivisse videbitur.

38 γε ante τρεῖς in A ortum esse videtur e nota numeri γ̄ male inculcata, ut ε̄ ante πένταθλον I. I, 26 in B.

38 κάπετον etiam Br. — κάππεσον St.³ PSt. (κάπεπσον St.⁴). — Triclinianum κάπτετον non intelligo, nisi tertiam dualis praesentis voluit esse pro κατεπέτετον, sed nec praesens πέτω usitatum nec huic loco conveniens est. Saltem καπτέτην pro κατεπετέτην scribendum fuisset, at ne hoc quidem de mensura tueri possit N. VII, 35, nec id removebit tertiam plur. βάλον. — Singularem formam κάπετον etiam Sch. A confirmat ad verbum textum exprimens: ἀκαταλλήλως εἶπεν. ἔδει γὰρ εἰπεῖν, γλαυκοτέρων δὲ δρακόντων εἰσαλλομένων οἱ β′ κάπετον, εἷς δὲ ὄρουσε βοήσας . . . ubi B οἱ δύο μὲν κατέπεσον, ὁ δὲ εἷς ἀνόρουσε. Constat autem de κἄβαίνων Alcmanico fr. 29 (34), nam is versus ab Hephaestione (76) pro exemplo purorum creticorum affertur. Nec mirum est et ibi καββαίνων in omnibus(?) et h. l. κάππετον in multis mss. inveniri. Cetera exempla non admodum certa, sed addit fidem gl. Hesych. καπεσε] κατέπεσεν; nam ibi π simplici opus est (ft. etiam κάπετε scribendum), quoniam haec gl. inter καπεμβαφίζων et καπέτις memoratur, et ab altera gl. κάππεσε] κατέπεσε quae inter plura vocabula ππ habentia recensetur diversa fuisse videtur. Vide Ah. DD. 356. (DA. 213). — Hoc statuere minus periculosum, quam, quod cuidam in mentem venisse video, consociare ψυχὰς cum ἀτυζομένω, βάλον vero cum κάπετον, ut serpentes „fossam iaculati essent“ (i. e. in eam incidissent!). Illud enim si paucos tamen nonnullos testes eosque locupletes habet, hoc utique nullos, ne sensum quidem communem et pulchri. Immo βαλεῖν ψυχάς de serpentibus ingeniosissime dictum est ut ῥίπτειν, ad similitudinem cutis proiectae, quemadmodum βάλλειν τοὺς ὀδόντας, et O. I, 58 λίθον κεφαλᾶς βαλεῖν = excutere, ἀποβαλεῖν. — Omnino autem hoc carmen frequentiores et audaciores correptiones habet.

39 αὖθι δ' (quod Pw. [Hy.] in αὖθί τ' mutandum esse censebat) in αὐτίκ' temere mutatur ab Ht. — Poeta saepe singula tantum ab epicis mutuatus est. Cf. ad P. V init. — Etiam adver-

bia αὐτοῦ et αὐτόθι singulis tantum locis leguntur apud Pindarum: P. VI, 37; N. IX, 32.

39 Sch. A ἀτυζόμενοι. ἢ ταραττόμενοι. ὅμηρος, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς. ἢ περὶ τὴν ἄτην, τουτέστιν ἐν ἄτῃ ἐγένοντο. ἀπέθανον γὰρ πεμπαζόμενοι. Ita extremam vocem emendaveris coll. Hesych. ἀτυζόμενος] λυπούμενος, ἐκπλησσόμενος et πεμπαζόμενοι] ἐπιστρεφόμενοι, ἐκπληττόμενοι, μεριμνῶντες. Minus probabilia sunt mihi γάρ. βέλτιον δὲ [τὸ] πρότερον. (debebat hoc dicere Sch., nam ἄτυζ. non est ab ἄτη factum) vel γάρ, πεμφίδας πεμπόμενοι. In codice legitur γὰρ πεμέοιπότεμ̊: — Dualem plurimi tuentur, pluralem Byzantii maluerunt, non sine consensu quorundam vel optimorum codicum. Sed nolui reponere pluralem, cum e corruptione facilius quam dualis oriri potuerit. — Male nonnulli codd. δατιζομένω scribunt, in C cum gl. διαμερισθέντες. Scilicet is de δαΐζεσθαι, δατεῖσθαι, δαταίεσθαι somniavit.

39 ψυχὰς βλάβεν (coll. Il. π, 60) coni. Ah. in Ph. XVI, 52 addens „eadem corruptela N. VII, 18 pro βλάβεν plerique libri βάλον exhibent, unus λάβεν, per quod a βλάβεν ad βάλον transitum est.“ Paullo aliter rem se habere ostenditur l. l. Nam λάβεν corruptela, βάλον vero coniectura est Byzantina. — Pessime Aw. πνοιὰς βάλον, non Pindarum, sed interpolationem metricam grammaticorum emendans, de qua vide Bö. de Crisi § 34.

40 Reposui ἀνόρουσε ex optimo codice Vaticano, non obloquente Ambrosiano. Minus accurata est interpretatio εἰσῆλθεν, si hoc voluerunt esse ἦλθεν εἰς τὴν πόλιν. Nec si ἐσόρουσε legeris, hoc voluit poeta esse irrupit in urbem. Tres dracones per murum intrare conantur (ἐσαλλόμενοι); duo recidunt; unus insilit vel assilit (ἀνόρουσε) in murum; ibi clamorem edit; ibi conspicitur ab Apolline. Cf. Hom. Il. λ, 273; Od. γ, 1; et paullo diversum O. VII, 39 ἀνορούσαισ᾽ (prosiliens) ὑπερμάκει βοᾷ. Videtur glossa ἐσῆλθε et antecedens ἐσαλλόμενοι traxisse lectionem vulgatam, quam non solum optimi mss. ignorant sed etiam ingratus sonus (cf. O. IX, 16 sq.) atque invenusta eiusdem praepositionis iteratio obnoxiam faciunt. — βοάσ. ad sqq. trahit distinctio Vat. B; ft. cum uno Sch. B (195, 16); contra faciunt omnes rell. — Codicem Ξ ex quo refertur βοάξας ego non vidi.

41 Videntur de ἀντίον ὁρμαίνων dissentire Scholiastae. — Ambr. et adsiticia Vat. (195, 35) exponunt οὐχ ὑπερέθετο στοχάσασθαι,

ἀλλ' ἐξ ἐναντίας ὁρῶν [ἔτι] εἶπε*) i. e. ex coram [adhuc] conspecto coniiciens dixit". — Sch. Vat. propria (196, 7) διαλογιζόμενος, διανοούμενος ... ἐναντίον καὶ ἀδέξιον**) θεασάμενος ... i. e. adversum s. infaustum animo volvens; quae verbis mutatis exprimit Moschopulus (195, 31), et ipse pro θεασάμενος addens σκοπῶν. — Apparet hos grammaticos non de ὁρμαίνων, sed de ἀντίον tantum dissidere. Nam utrique ὁρῶν et θεασάμενος (σκοπῶν) perspicuitatis causa addiderunt, non quo ὁρμαίνων sic interpretari vellent. Id nullus dubitavit quin „deliberare" valeret et „ex deliberatione coniicere", usu Homerico. Neque aliter intellexerunt ὁρμαίνων interpretes inde a Ln. usque ad Hy. — Non recte igitur Ht. (qui de notione vocis ὁρμαίνων recte admonuit) εἰσορῶν pro ὁρμαίνων invexit. — Iunge τέρας cum ἔννεπε ὁρμαίνων, non cum ὁρμαίνων solo. Ut in Hom. Od. ἔννεπε est „nominatim indica", ita h. l. ὁρμ. ἐνν. est „explicavit et edixit coniectando". Eundem huius loci intellectum produnt Tricliniani (μ' ρ'), commate ante τέρας posito (et codex V voce τέρας virgulis utrinque disiuncta), ne quis τέρας cum solo ὁρμαίνων consociaret. — De ἀντίον eis assentior qui „coram conspectum" interpretantur. Apollo enim non duos tantum, sed tres dracones videt: cf. ad vs. 40.

43 Ponderanti, non numeranti testes ὡς praeferendum videatur. Etiam Sch. B (196, 12) ὡς explicat. Sed Mosch. οὕτως, quod vivacius videtur esse.

44 In Doricis O. VI et P. IV βαρύγδουπος, in Aeolico-Lydiis O. I. N. IV βαρύκτυπος legitur. Hoc carmen O. VIII inter Dorica et Lydia fluctuat, nec offendat brevis thesis: cf. vs. 42.

45 sq. Scite, sed contra mss. et Sch. auctoritatem, Ah. in Ph. XVI, 52 ἄγξεται (urgebitur) καὶ τερτάτοις (i. e. τριτάτοις D. A. 56. 128) coniecit; male Ht. ἀρχέταις καὶ τέτρασίν γ'.

46 ἆρα quod Bö. edidit de sententia Hermanni ad Aristoph. Nub. 142. 1028 (ubi hoc etiam extra quaestionem poni ostenditur) etiam Moschopulus scribere voluit, nam 197, 9 in melioribus mss. (ut in a) ἆρα, non ἄρα legitur. Cf. etiam Hellerum in Ph. XIII, 98.

---

*) Ita AU Ro.; in A omisso ἔτι; in U Ro. στοχάζεσθαι. In U Ro. quae sequuntur ὡς δὲ συνέβαλε τὸ σημεῖον, καὶ οἰκείως ἔνεπεν (om. in A) eiusdem interpretationis sunt. — Ro. haec sine dubio ex H hausit.

**) Sic [G]U; ἄδοξον B Ro.

47 De structura verborum monui ad O. I, 104. Eandem rationem secutus Sch. B εἰς et ad Ξάνθον et ad Ἀμάζονας subaudiri iubet. Consentit etiam Sch. A (ubi καὶ εἰς τὰς Ἀμάζονας casu omissum esse apparet) et Comm. Mosch. — Male Ht. θεὸς . . . . ξανθὸς, ἤπειγεν . . . scripsit, lyricam audaciam pessumdans.

48 De tonosi vocis Ὀρσοτρίαινα vide O. I, 40. 73. P. II, 12; N. IV, 86 et Lo. Par. I, 185. Si Homeri usum Pindarus secutus est, nom. -τριαῖνα acc. -τριαῖναν scripsisse existimandus est; si Aeolicum morem, retraxisse accentum; si Doricam rationem (Ah. DD. § 30 sq.), acutum a penultima non removisse. Quod credas h. l. voluisse indicare Sch. B, consensu paucorum sed optimorum librorum O. I, 40. 73. O. VIII, 48.

48—52 Dativum cum ἐπί coniunctum non solum optimi libri habent sed etiam Sch. Vett. magis quam accusativum tuentur. Ambigua quidem interpretamenta A εἰς ἰσθμόν et B[1] ἐπὶ ἰσθμοῦ τοῦ παραθαλασσίου, sed diserte iteratur dativus τῷ ἰσθμῷ in B[2] eundemque casum Thomas et Germanus agnoscunt (Sch. Germ. p. 42). Accusativum exprimit Moschopuleus Commentarius.

Etiam usus poetae dativo favet. Est quidem accusativus termini post ἐπί et apud omnes scriptores pervulgatus, nec Pindaro inusitatus, ut P. III, 69; IV, 203; licet saepius ponatur de actione, ad quam quis accedit, et de hominibus quos quis adit, quam de loco, quo quis pergit. — Cum autem genitivus termini post ἐπί*) a Pindari magnificentia alienus fuisse videatur, dativus termini tantum non poetarum proprius est, nec infrequens Pindaro. Cf. ad O. II, 91, ubi adde fr. 73, 2; 254. Quodsi h. l. accusativum dativo a multis librariis suppositum esse videmus, id aut eadem ratione cum Ol. II, 91, ob solutioris orationis usum, aut ob δειράδ' insequens, quod δειράδα esse intelligebant, fecisse videntur. De dativo igitur ne minima quidem dubitatio relinquitur.

Sed quaeritur de structura verborum. Si δειράδ' accusativum δειράδα esse credimus, ille casus non sine dura, invenusta, obscura

---

*) Nisi hanc iuncturam semel (fr. 151, 7) admisit, ubi, coniectura haud improbabili ἀναιρεῖται in ἀναιτήτας mutato, poeta ἤλασε βόας ἐπὶ προθύρων = ad vestibula (ad similitudinem locutionis ἐπὶ οἴκου ἀπελαύνειν) dixisse existimatur. Alibi semper de loco ubi quid est; semel de tempore (O. VII, 76); vide etiam P. VIII, 89. Fortasse ille Genitivus termini ut in ἐπὶ ἵππου βαίνειν familiaris sermonis est, nec mireris eum a Sch. ad interpretationem adhiberi.

anacoluthia cum prioribus coniungi potest. Construuntur quidem verba eundi passim apud poetas cum simplici accusativo, etiam apud Pindarum, ut ἐλθεῖν O. XIV, 20; P. IV, 51. 134; I. III, 70; μολεῖν O. IX, 71; N. X, 36; οἰχνεῖν fr. 45, 3; ἱκέσθαι N. III, 2; ἐξικέσθαι P. XI, 35; I. VI, 44; προσέρπειν O. VI, 83; καταβαίνειν P. IV, 55; N. III, 25; ἐλθόντα καταδραμεῖν N. IV, 23; ἀναδραμεῖν O. VIII, 54; sed nec verbum eundi simplex praegreditur, nec ingrata ambiguitas evitatur, cum lectores facilius aut δεῦρο καὶ Κορίνθου δειράδα aut δειράδα ἐποψόμενος consociarent quam accusativum δειράδα parili cum ἐπ' ἰσθμῷ ποντίᾳ valore syntactico acciperent.

Haec et anacoluthia et ambiguitas tollitur, si δειράδ' pro δειράδι accipere licet. Dativus enim non habet quo referatur nisi ad antecedens ἐπί.

Antiqui lectores et auditores bene noverunt utrum poeta dicere voluerit. Nam vocalis in elisione posita et audiebatur et, puto, scribebatur olim,*) de qua re vide quae contra Wolfium acutissime disseruit Ahrens in libello de Crasi et Aphaeresi p. 1 sq. Furtivae vocalis prolatio pausa sequente aliquanto facilior redditur. Hinc factum est, ut optimi poetae et Pindarus praecipue pausam maiorem minoremve post elisionem admittere consuescant. Nam rhetoricum, non rhythmicum intervallum efficiebat ut rhetoricae, non rhythmicae syllabae lenissimo quasi afflatu pronunciandae locus daretur. Bene auditu distinguebant μοῖσ(α), ἄγ(ε), οὖρον a μοῖσά γ(ε) οὖρον (N. VI, 29); Πηλέα τ(ε), ὥς τε a Πηλέα, θώς τε (N. V, 26); εἴ μ(ε) ὥστε ab εἰμ(ι) ὥστε etc. Nihil ad lyrica statim recte intelligenda plus contulit quam haec summissa furtivarum vocalium enunciatio. Verba enim vel audacissime traiecta ita saepe paullulum separabantur. Duo exempla e multis sufficiant: 1) P. X, 15 ἔθηκε καὶ βαθυλείμων' ὑπὸ Κίρρας ἀγὼν πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν ubi βαθυλείμων ἀγὼν quivis audiens copulasset, si vocalis α prorsus obmutuisset, sed hac vocali lenissime pronunciata pausulâque insuper de hyperbato admonitus βαθυλείμων(α) a proximis separare et cum πέτραν coniungere debebat, 2) N. V, 1 ὥστ' ἐλινύσσοντα ϝεργάζεσθαι ἀγάλματ' elisione ultimae vocis ὥστε vocalis insequens participium magis separatur quam coniungitur cum ὥστε, pausa propter ε furtivum interposita; pertinet autem non ad pro-

*) Exempla elisionis non scriptae permulta in optimis mss. suppetunt, ut O. IX, 28. 29. 44; XIII, 7. 17. 50. (83) etc.

ximum ἐργάζεσθαι ut subiectum, sed insequenti obiecto attributum est, de more poetarum traiectum. — Hoc non cadere in permulta alia elisionis exempla, ut in omnia quae compositorum similitudinem referunt (κατ' αἶσαν, καθ' ὁδόν etc. etc.), per se intelligitur. Sed etiam divisio lyricis in elisione usitatissima, ut in illo P. IX, 68 κεῖνο κεῖν' ἆμαρ alterum κεῖν(ο) obiectum verbi, prius vero voci ἆμαρ attribuendum esse videatur, et nec P. IX, 124 φύλλ' ἔπι sed potius φύλλ(α), ἐπὶ (multa folia, insuper etiam corollas), nec N. III, 84 Νεμέας Ἐπιδαυρόθεν τ' ἄπο καὶ Μεγάρων sed potius τ', ἀπὸ καὶ scribendum sit, ea lege schematis ἀπὸ κοινοῦ, de qua ad O. I, 104 disputatum est, et traiecto καί. — Omni autem elisione cum augeatur pondus syllabae antecedentis, ut in nostro Lieb' und Güte cum Liebe und Güte comparato, non absurdum est quod veteres librarii non solum reliqua monosyllaba sed etiam δ' (non δέ) encliticis adnumeraverunt. Velut si P. IV, 270 legitur ἐσσὶ (mss. ἐσσί) δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότατος, nemo sanus dividet ἐσσὶ | δ' ἰατὴρ sed ἐσσὶ δ' | ἰατὴρ, iam δε pronunciatum fuerit necesse est, sed sine accentu, igitur acuitur ultima paroxytoni antecedentis. Hoc diserte moneo quia omnes fere vett. libri et Tricliniani hanc tonosin exhibent; vulgatam perpauci vett. (F et X) cum plurimis Moschopuleis. Non nisi passim hoc in varia lectione notavi. Sufficiat admonitio. — Tardantur numeri his pausis furtivis et augetur eorum magnificentia, pondere notabili in syllabas, quae elisionem trahunt et quasi absorbent, incidente. Quod ut sentias, recte pronuncia illud poetae divini

Ahi **quanto** a dir qual **era** è cosa dura
  Questa selva sel**vaggia** ed aspra e forte,
  Che nel pensier rinuova la paura.
Tanto è amara, che **poco** è più morte.

etsi Italorum et Franco-Gallorum quam nunc sequuntur pronunciandi ratio aliquanto differt ab ea quam antiquam et Graecam et Romanam fuisse confido.

Ut redeat unde digressa est disputatio, Pindari auditores ut bene noverunt, utrum P. I, 67 et O. XIII, 110 τέλει an τέλεϊ, P. II, 36 ἵκοντα (ἱκόντα) an ἵκοντο, P. V, 75 Καρνήϊε an Καρνήϊα, P. VII, 6 αἰὼν an αἰῶνι, P. VIII, 68 τὶν an τινα, N. II, 6 et IV, 13 δ' ἔτι an δέ τι dicere voluerit; — ita h. l. probe sciebant utrum δειράδα an δειράδι voluerit, cum praesertim (verbis ita consociatis) pausa ante ἐποψόμενος rhetorica pronunciandae vocali occasionem praeberet.

Utcunque autem antiquae pronunciationis memoria obliterata est, tamen nescio an nonnihil Scholiastarum testimonio concedendum sit. Vetustissima Ambrosiana diserte confirmant δειράδα (198, 5), nec refragantur Vaticana licet mutila et corrupta sint (197, 28 sqq.). Nemo ante Germanum dativum δειράδι diserto testimonio comprobat.

Accedit quod certa exempla ultimae literae ι in dativis tertiae declinationis elisae apud Pindarum reperiri nequeunt. Si apud Homerum non multa, apud Atticos poetas perpauca exempla suppetunt, Pindaro ea licentia ut concedatur idonea causa non est, ut nec aequali Aeschylo. Cf. Hm. ad Pers. 852; Lo. ad Soph. Ai. 802; Hm. ad Soph. O. C. 1436; Tr. 675; Ma. Gr. Gr. § 44. Nam O. IX, 112 ante Sm. nemo δαίθ' pro δαιτί scripserat, neque illud exemplum, etiamsi rectâ emendatione creatum esset, multum probaret, cum semel sibi hoc lyricus poeta ad similitudinem Homerici (Il. δ, 259) ἐν δαίθ', sequente pausa, sumere potuisset, quae analogia ad nostrum locum non pertinet.

Ut igitur verisimile est Pindarum ἐπ' Ἰσθμῷ ποντίᾳ scripsisse, ita veri etiam similius est eum δειράδ' voluisse esse δειράδα. Hic accusativus commodissime cum ἐποψόμενος consociatur, ante quod perpauci vett. ut NO (cum accuratioribus recc. *αοqμ'* Cp. Mr.*) interpungunt, omittunt interpungere ABCDEFQVZΘΣ*n*ϱ'*o*' Al. Ro. Br.

Nemo autem cum Thoma M. δαῖτα κλυτάν ad Κορίνθου δειράδα explicationis causa appositum esse credat, sed omnes amplectantur potius ingeniosam B e r g k i i coniecturam δαιτικλυτάν. Compositi vestigia ostendunt Sch. AB, etsi in utroque mutilata: δεῦρ' ἵπποις: δεῦρο εἰς τοσοῦτον (sic) τόπον ἐν αἰγίνῃ τὴν τὰς θυσίας αὐτῷ καὶ τὰς τιμὰς ἐνδόξως τελοῦσαν (A ubi ante τὴν lemma δαιτατλυτάν excidisse videtur); — ὁ δὲ ὀρσοτριαίνης Ποσειδῶν ἐπὶ [τοῦ om. B] Ἰσθμοῦ τοῦ παραθαλασσίου*) ὅς ἐστι πλησίον τῆς Κορίνθου ἠπείγετο θεάσασθαι**) τὴν τὰς θυσίας αὐτῷ καὶ (τὴν male addit B) τὰς (hoc

*) Hinc Bg.[2] colligit Sch. genitivum legisse. Vide supra p. 108 not.

**) Nulla h. l. lacuna est in B sed terminatur linea. Ft. τὴν Κορίνθου δειράδα excidit, ft. τὴν ἑορτήν, ft. plura, ut τὴν τῆς Κορίνθου δειράδα, πορευόμενος εἰς τὴν ἑορτὴν .... vel (cum Bg.[2]) ἐθέλων τὴν Κόρινθον. Si hoc Scholio vel sic vel aliter restituto pro fundamento uti liceret, multa hariolari possemus, ut πὰρ K. δ. (cf. O. IX, 3), κὰκ K. δ. quod Homero non male sonabat (cf. O. IX, 87; N. X, 17; I. V, 8), ἐποψάμεν ἐς δαῖτα κλ. (cf. Suid. ὦψα, εἶδον et tritam locutionem ἐς δαῖτα, ἐς θέρος etc.), sed nihil eiusmodi,

τὰς om. U) τιμὰς ἐνδόξως τελοῦσαν (B). Praetuli autem δαιτᾱκλυτάν a rariore forma Homerica δαίτη derivatum ut δαίτηθεν, cum hoc et exquisitius sit et a vulgata scriptura propius absit, eodemque redit δαῖταν in MZ^{ac} quod ex δαιτᾶ ortum esse videtur. Possit quidem δαίτᾳ κλυτάν arridere, ut δαῖτα vitiosa tonosi utatur, quemadmodum αἶσα pro αἴσᾳ IX, 42 aliaque hoc genus plurima vel in optimis inveniuntur. Sed eadem motio est feminini in ναυσικλυτάν N. V, 9, aliisque (cf. O. VI, 59; IX, 33). Neque (si cui illa motio triplex displiceat) intercedam quin haec andronymica sint, a ναυσικλυτής et δαιτηκλυτής facta, ut ὀρεσσιβάτης. Cf. etiam Lo. Path. p. 555 sqq. Sed etiam δαιτηκλυτός recte formatum est, ut στεφανηφόρος a στεφάνη, non a στέφανος; de quibus compositorum formis vide Lo. ad Phryn. 649 sqq. Nam si dixeris δουρικλυτός aliorumque analogiam ad δαιτικλυτός potius invitare debuisse, respondebo sonum aliorum qualia sunt ὀνομᾱκλυτός, ἀγᾱκλυτός (quamquam aliter haec facta sunt) perinde ad δαιτᾱκλυτός formandum invitare potuisse. De insolito composito ab accusativo δαῖτα facto nemo cogitabit nec δαῖτα ad κλυτάν pertinere existimabit quemadmodum κάρη ad κομόωντας, cum hoc nec venustum nec h. l. perspicuum fuisset.

52 ἐποψάμενος si quis ob Sch. B θεάσασθαι et ob gl. Thom. et Tricl. (Thom. autem disparilia componit) scribendum esse existimet, hanc quidem formam rarissimam tueri possit fr. 58 ant. 8 (vide Steph. Th. v. ἐφοράω et Lo. apud Bu. 2, 259), sed obstat nexus et ordo sententiarum. Nam sive ἀποπέμπων καὶ ἐποψ. sive (ut N. XI, 44 sq.) ἐπ' Ἰσθμῷ καὶ ἐποψ. δειρ. coniunxeris, in utraque structura „postquam inspexit“ perversum est. Altera mihi iunctura probabilior videtur ut planities Isthmi cum arce saltuque Corinthiaco consulto componatur; cf. I. I, 9. Arx Corinthi quam late in Isthmum prospiciat nemo non meminerit, cui, ut mihi olim, illas regiones visere contigit. Haec duo, terra planissima a mari ad mare se extendens et mons ille a latere supereminens, peculiarem illius loci indolem efficiunt. Male Q δεῦρο καὶ K. δειράδα coniungit; δεῦρο esse „in Aeginam“ omnia Sch. et gl. testantur. Non credo poetae esse intellectum minus accuratum (Hs.) „Graeciam versus.“

54 Coniecturis ἀνέβρεχον (Ht.) et ἀνέδραπον ὕμνων (Ah. in Ph.

me iudice, ullam fidem habebit. Neque ex isto Sch. coniecturam facere licet, quomodo Vett. verba poetae consociaverint.

XVI, 53) non opus est. Mss. omnes et Sch. ἀναδραμεῖν κῦδος testantur, quod poetica imagine niti videtur ut N. IV, 23 καταδραμεῖν ἄστυ (ita enim cum Sch. coniungo, consentiente metro). Illic victor decurrit ad urbem, hic poeta recurrit ad gloriam Melesiae. Utrumqne a certantibus sumptum, qui a meta decurrunt et ad eandem recurrunt. Sch. A dicit alios hoc de recurrendo minore ad maiorem natu, alios vero simpliciter de digrediendo ab athleta ad aliptam accepisse. De accusativo cum verbis eundi consociato supra dixi ad vs. 48; cf. etiam ad P. V, 72. — Genitivum Μελησία Triclinius scripsit cum Comm. Mosch. (199, 12), sed Thomas (198, 30) videtur dativum praetulisse. Vett. Sch. non liquet utrum dativum omnes (sed diversa potestate aut commodi aut poetica licentia pro genitivo), an etiam genitivum voluerint. Credo eos voluisse dativum scribere, etsi plurimi mss. iota non subscribunt, quae negligentia inde a s. XIII ingruebat; vetustiores tamen (AB) recte addunt. — Non magis constat de ὕμνων s. ὕμνῳ, nec e Sch. nec e mss. In A^{ac} erat ὕμνι$^{\omega}$, nunc est ὕμνι$^{\omega\nu}$ post correctionem quae a pr. m. est (in A nulla est m. sec.) sed alio tempore alioque atramento facta. Pro Sch. B^2 εἰ δὲ ἐκ τῶν ὕμνων τοῦ Ἀλκιμέδοντος ἐπὶ τὸ τοῦ Μελησίου κῦδος ἀνέδραμον, ὃ ἔσχεν ἐξ ἀγενείων, μηδείς μοι φθονείτω in A^1 leguntur haec εἰ δὲ ἐγὼ ἐκ τῶν ὕμνων τῶν ἀγενείων ἐπὶ τὸ τοῦ Μελησίου κῦδος ἀνέδραμον, μηδεὶς*) φθόνον μέμψαιτό μου, quae accuratius textum deformare videntur. Vat. igitur Scholiasta ft. ὕμνων pro ἀπὸ τούτων τῶν ὕμνων cepit, ita „si ab his Alcimedontis laudibus ad gloriam Melesiae, quam ex imberbibus reportavit, digredior“; Ambr. ft. ἀγ. ὕμνων coniungens (ut Ὀλυμπιονίκαν ὕμνον) simplicius ita: „si ex his imberbium victorum laudibus ad [similem] Melesiae gloriam recurro (ascendo)“. Neque impedio quin hi genitivum Μελησία legisse censeantur, quamquam certum non est. — Sed Sch. B^1 εἰ οὖν καὶ αὐτὸς τῷ μελησίᾳ τὸν ὕμνον ἐφαρμόζων ἐπὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ ἀνέδραμον, ἣν ἔσχεν ἐξ ἀγενείων non videtur consistere cum genitivo ὕμνων, sed aut ὑμνῶν aut vulgatum ὕμνῳ circumscribere. Etiam Sch. A^2 εἰ δ' ἐγώ, φησὶ, τὸ γενόμενον τῷ Μελησίᾳ ἐκ τῶν ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον τῷ ὕμνῳ τοῦ Ἀλκιμέδοντος ἀφέμενος οἷον παραβὰς ἦλθον ἐπ' αὐτόν dativo calculum

*) Cod. μὴ δὲ εἰς ut dubites utrum illud quod scripsi (quod intellectum loci invertit, ut φθόνος sit pro φθόνου ἔγκλημα) an potius μηδεὶς εἰς φθόνον i. e. ὑπὸ φθόνου, propter invidiam, voluerit.

adiicit, nec credo hoc emendari debere ita ἀνέδραμον, τῶν ὕμνων τοῦ (cod. in Sch. h. l. ut persaepe omittit iota subscr.). Idem habet Sch. B^3 μηδείς μοι φθονείτω, εἰ εἰς τὸ γεγενημένον τῷ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος. ἀνέδραμον τῷ ὕμνῳ, ἀποσχόμενος (B ὑποσχ.) τοῦ Ἀλκιμέδοντος. Nec aliter Mosch. εἰ δὲ ἐγὼ διὰ τοῦ ὕμνου εἰς τὸ κλέος ἀνατρέχω τοῦ Μελησίου τὸ ἐξ ἀγενείων. Nihil igitur novavi.

De numero, loco, genere victoriarum Melesiae diversa quae a Sch. traduntur vel refellere vel conciliare difficile est. Tantum constat nullum Vett. Intt. dubitasse quin poeta de ipsius Melesiae victoriis loqui voluerit, etsi nescimus qua hoc auctoritate adiuti crediderint. Fuerunt qui unam victoriam Melesiae statuerent, qui duas, qui tres. Qui unam, eis aut ἔπειτα pro δὴ (A) aut οἱ ἔπειτα ἄνδρες „viri futuri" i. e. imberbes videntur fuisse. Opinio Triclinii (199, 30sqq.; ft. cum Thom. et Mosch. 199, 12sqq.) de tribus aliptae victoriis nititur Sch. A^2 ubi idem numerus indicatur. Hi vs. 54sq. Olympicam Melesiae inter pueros victoriam commemorari existimabant. Vide Inscr. — Utut est, nobis de talibus rebus (quas audientes bene noverunt) nunquam prorsus liquebit. Vide Epist. ad Fr. p. 26—29.

58 Pro μάχαν cum de certamine gymnico inusitatum videretur Ky. μέτα coniecit, coll. P. V, 88 et N. VII, 8; Ra. ἔχειν; Sw. λαχεῖν scripsit; Ht. μέτα (a Ky. mutuatus) et praeterea τὰν N. γ. ὁ. ἐ. κλυτὰν χ. τάν τ'... Denique non male Fr. (in Ph. XV, 31) interpunctionem mutavit: τὰν δ' ἔπειτ', ἀνδρῶν μάχαν, ἐκ (iam $Bg.^2$ μάχαν, ἐκ)*) et Ah. (in Ph. XVI, 53) ἀνδρῶν μάλα proposuit, ut ἄνδρες μάλα opponerentur ἀγενείοις. — Bö. κατὰ ad μάχαν subaudiri voluerat; Di. μάχᾳ scribi. — Occursabat aliquando ἔχεν pro μάχαν scribere „quodque decus inter viros habebat", ut τὰν relativa potestate uteretur. — At cum mss. et Sch. B**) in voce μάχαν consentiant, quis hercle, in tantis rerum Melesiae tenebris, inventis huius generis fidem habebit? quis exploratum iri putabit, quo peculiari temperamento usus poeta ingeniosus hoc pancratiastarum certamen „virorum proelium" appellare voluerit? Semper is in victoriarum recensu summae et brevitati et varietati studet.

---

*) Addo ad notas nec post χάριν nec post μάχαν interpungi in BEC O; in FNQV plurimisque post χάριν tantum. — Post ἔπειτ' in nullo ms. distinguitur, quod sciam.

**) Sch. A hanc vocem non exprimit. Ad ἔπειτα est gl. F ἐρέω; ad μάχαν gl. E ἔσχεν.

Ponit igitur audaciora, eaque brevissime exprimit. Cf. ad O. VII, 90. — Venit etiam in mentem schematis *ἀπὸ κοινοῦ*, ita: „Nam*) Nemeae quoque hanc dixerim gloriam perinde [ex imberbibus] reportatam; alteram vero postmodo reportatam e pancratio virorum proclium [appellaverim]." Sin quid mutandum est, sola Kayseri coniectura aliquam probabilitatem habet.

59 *ἐκ π.*] Sch. B bis *παγκρατίῳ* reddit; semel *ἐκ τοῦ παγκρατίου.* Sch. A hoc non exprimit; Sch. Thom. *ἐκ παγκρατίου.*

63 *περ. ἄλλ.* omnes cum antecedentibus coniungunt.

64 Comm. Mosch. in mss. *aqμ'* etc. et Sch. A[2] distinctione indicant, verba *ἐξ ἱ. ἀ.* cum antecc. esse consocianda; sed diserte Sch. A[1] [et B ut videtur] haec cum sqq. coniungit.

65 Böckhii coniecturam *νῦν γὰρ* (cui ipse parum tribuit) Ht. recepit; idem *ἕλεν* pro *ἑλὼν* scripsit. Sed *γὰρ* e gl. in textum et lemma Ambrosiani venisse videtur; Sch. Vet. *τοίνυν*, quod non posuisset, si *γὰρ* legisset; Comm. Mosch. *μὲν* repetit. — Sch. Vett. partim *περιεποίησε* (AB) s. *ἤνεγκε* (A) ad *γέρας* subaudiri, partim *ἑλὼν* pro *ἕλεν* accipi (A; cf. ad O. II, 56), partim *ἔστιν* ad *αὐτῷ* suppleri (B) iubent. Quam tertiam opinionem Moschopulus et edd. nostri inde a Ln. et Pp. probaverunt; Ta. collato P. IX, 4. Rectius cum A ex antecedente *φέρειν* suppleatur *ἤνεγκεν* ut magis concinnum et poeticum. Nexus est: Melesias optime scit quo modo puer sibi gloriam parare possit. Nunc quidem [non solum sibi sed etiam] ei decus [paravit] Alcimedon tricesimâ victoriâ reportatâ. Facile esset *αὖ τῷ* scribere, sed non opus est. Testatius foret e Sch. A [DG]U Ro. *αὐτῶν* reponere, sed in B est *νίκας αὐτῷ ἐδέξατο τριάκοντα.* Cf. Sch. Germ. p. 42.

67 De *ἀμβλακὼν* cf. ad O. VII, 25.

---

*) Hoc *γὰρ* refertur ad *εἰ ἀνέδραμον* „si celebravero". Illico enim facit id quod modo dixerat se facturum esse, ad laudes Melesiae excurrens. Omnia pervertens Sdt. existimat vs. 54 protasin esse apodoseos vs. 65 *νῦν μὲν κτλ.*, verbis vs. 55—64 interiectis. Isti orationi Oedipo opus coniectore fuisset, qui Sphingi interpres fuit, Prodico autem ut poetam a crimine obscuritatis defenderet. Obscuritas in rebus est, quae nos latent, non in verbis poetae. Quare si quam de his verbis coniecturam facere licet, id potius sumere oportet, Melesiae laudes, ut Atheniensis, ad „bonos" sensu Theognideo pertinentis, quibusdam Aeginetis invisas fuisse, idemque h. l. significari quod vs. 21—29 de gliscente iam adversus „peregrinos" odio indicaverat. Eodem redire potest quod vs. 53 „non eadem omnibus grata esse" his laudibus praemittitur.

67sq. Ht. δ' delevit, atque ex Sch. Vett. et hoc collegit et unum τύχας, alterum ἀνορέαν legisse. Neutrum sine specie: Sch.[1] B (201, 11) τῆς τοῦ δαίμονος εὐτυχίας καὶ τῆς ἀνδρείας τῆς ἰδίας οὐ διαμαρτών(τῶν BU) ... ubi U rectius τῇ τ. δ. εὐτυχίᾳ (etsi omisso ι); Sch.[2] BU etc. ὅστις τῆς τοῦ δαίμονος εὐτυχίας οὐχ ἁμαρτήσας, οὐκ ἀποτυχὼν δὲ οὐδὲ τῆς ἰδίας ἀνδρείας ἐνίκησεν. Sch.[1] A ὅστις ἀλκιμέδων, τύχῃ μὲν ἀγαθῇ δαίμονος χρησάμενος, ἀνδρείας οὐ διαμαρτών(τῶν cod.), ἐν τέτρασι παίδων ἀπεθήκατο γυίοις, νόστον ἔχθιστον, τουτέστι, δ' ἐποίησε παῖδας οὐχ' ἡδέως οἴκαδε ἀπονοστήσειν, τῆς νίκης στερήσας, ὡς δ' παῖδας αὐτοῦ καταβεβληκότος. Sch.[2] A ἀπεθήκατο τοῖς γυίοις (cod. υἱοῖς) τῶν ἀνταγωνιστῶν τὴν ἰδίαν δύναμιν, τουτέστιν ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος τὸ ἐνίκησε δ', καὶ ἐποίησεν αὐτῶν τὸν νόστον ἔχθιστον. Fere eadem, sed paullo explicatius, edita sunt ex B[12] etc. (201, 12sqq. et 20sqq.) — Textus A accurate distinguens: ‖ ὃς τύχα μὲν δαίμονος. ἀ|νορέας δ' οὐκ ἀμπλακών; | ἐν τέτρασι παίδων ἀπεθήκατο γυίοις ‖ νόστον ἔχθιστον. καὶ ἀτιμωτέραν | γλῶσσαν. καὶ ἐπίκρυφον οἶμον. protasin terminari signo[;] indicat. — Contra illa testimonia nemo cum Ht. delebit δ' quod facile casu excidisse potest in Sch.[1] A et quo deleto vereor ne Pindarus in prosam delabatur. Neque τύχας a Sch. lectum esse, sed genitivum ab eo ad structuram prosaico more exaequandam adhibitum esse censeo. Nec apparet (quod idem v. d. putat) Sch. AB legisse ἀνορέαν, οὐκ ἀμπλακών, ἐν ... Videntur enim interpretes Vett. partim, accusativum αὐτὴν e prioribus subaudientes, zeugma statuisse: ἀπεθήκατο ἐν τέτρασι παίδων γυίοις αὐτὴν (τὴν αὐτοῦ ἠνορέαν) καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς νόστον κτλ. Non male, etsi νόστον accusativum remotioris obiecti (Ma. § 410) habere praestaret; cf. P. V, 10. (72?); N. I, 65(?). Ἀποτίθεσθαι autem his auctoribus non est removere a se (Bö. Di.) sed deponere a se, defungi. Ut O. X, 39 νεῖκος ἀποθέσθαι est defungi certamine, sustinere certamen et Hom. Il. ε, 492 κρατερὴν ἀποθέσθαι ἐνιπήν defungi vituperatione, omittere eam, ita h. l. ἀπεθήκατο ἠνορέαν volunt esse defunctus est robore suo, exhausit robur i. e. totum impendit in tria puerorum corpora ut iis pararet reditum invisum etc. — Mosch. (201, 3) ab his dissentiens (me iudice, non recte) ἀπεθήκατο idem esse dicit cum ἐπέθηκε, ft. cum Sch.[1] A sed is quoque post γυίοις plene distinguit. Comma post γυίοις (quod reduxi) est in perpaucis ut in [B]Z Ro. Br. Mr.

69 γλῶτταν] Atticae formae passim invectae inveniuntur, ut h. l. in Triclinianis et P. V, 55 in Ro.*

75 Ht. e Sch. Βλεψιάδαις ἔπι, νίκαν sibi extundere visus est, ex qua scriptura „et ipsa corrupta“ ἐπὶ νίκᾳ eliciens hoc in textum invehit. Nihil in Sch. reperiet sobrius lector, nisi verbis τὸν τῶν χειρῶν καρπόν, ὅς ἐστιν ἡ νίκη sat male circumscribi poeticam locutionem χειρῶν ἄωτον ἐπίνικον. Quousque tandem....

76 Sch. B καθὸ οἱ νικῶντες ἐλιθοβολοῦντο ubi D recte ἐφυλλοβολοῦντο; A καθὸ οἱ φυλλοφοροῦντες. Est quod placeat in scriptura Q: cf. P. IX, extr. Sed altera Vett. opinio, φυλλοφόρους ἀγῶνας a δωρίταις etc. ita distinguendos esse ut in illis frondeae coronae auferrentur, facit ut frondifera certamina recte dicta esse existimemus. Cf. etiam ἄεθλα χρυσοστέφανα vs. 1. — Sch. B 203, 9 ἱερῶν simpliciter.

78 Genitivo ἐρδομένων non opus est nec eum habent Sch. Ἔστι non copula est, sed Est cum pondere praefixum, verba autem κὰν νόμον ἐρδόμενον (si ita scripseris) exprimunt sententiam relativam ὃ κατὰ νόμον ἔρδεται. — Videtur Sch. B [καὶ] ἔννομον legisse, non κατὰ νόμον in illo: ἔστι δὲ καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν ἔννομον καὶ δίκαιον μέρος ἀποδιδόμενον, τὸ τῶν ἐπαίνων λέγει; Sch. A minus explicate καὶ τοῖς ἀποθανοῦσι μεμέρισται καὶ οἱ ἀποθανόντες κοινωνοῦσι τῆς τῶν ἐγκωμίων γραφῆς. Credo igitur poetam id quod dicere voluit „Est aliqua etiam mortuis (debita) pars laudis, quae rite persolvatur“ ita expressisse καὶ ἔννομον ἐ. i. e. „et quae rite persolvatur.“ Si ἔννομον voluit, id adiectivum esse potest ut P. IX, 57; sed etiam adverbium prorsus Pindaricum est: cf. ad O. VII, 47. — Cum Hm. Bö.* faciunt gl. B κατὰ νόμον; gl. Σ κατά; Sch. Rec. (Mosch.) κατὰ νόμους, et tonosis in optimis mss., fortasse recte.

83 Commentum metricum Moschopuli ὅν σφιν ὤπασε Ζεὺς γένει a Bö., praeeunte Hermanno, explosum est; etiam omissionem ν paragogici Böckhianam in σφι optimi duo cum aliis egregie confirmant; cf. N. VI, 52 (59); XI, 7. — Notabile est ὅ, vetusta in quibusdam scripturae diversitas, quod si quid valet, aut pro ὅ, τι accipiatur, aut (si pro ὅτι est) non ante ὃ sed ante λιπαρὸν virgula ponatur. Sch. Vett. ambigua sunt. — Ὀλυμπίᾳ cum antecc. consociatum diserte enotavi ex FGμ'ν'ο', idem Sch. B (203, 30) et Comm. Mosch. (204, 10) fieri iubent, cum Sch.[1] A ut videtur; de Sch.[2 3] A mutilis et corruptis*) non liquet. — Utrinque interpunctio est in *n*, nulla in DOUVΣ*o*.

*) Ubi in B etc. est Καλλίμαχος δὲ θεῖος, in A[2] legitur K. δὲ εἷς τῶν συγγενῶν.

85 De θέλω et ἐθέλω cf. Bö.[1] ad P. II, 69; Hm.[2] ad N. X, 84 (= 157); mea ad O. II, 97.

87 ἄγων] Sch. B διάγων καὶ φυλάττων — Sch. A ἐπάγων. Saepius ἄγειν de Parca, sed cum obiecto personae: O. II, 10; P. V, 71; N. XI, 42; fr. 6. Sed ut alii passim dicunt ἄγειν πόλιν, πολιτείαν = δεσπόζειν, ita etiam Pindarus ἄγειν de vita usurpare potuit. Attamen ἔχων quoque bene se haberet ut O. VI, 79 de cura et custodia divina. Utrumque de Parca O. II, 35 sqq. Difficilis optio est.

88 Sch. A ὁ ζεὺς ἐπάγων ἀπήμαντον βίον, αὐτοὺς τὲ ἄξει (sic, non αὔξει) καὶ τὴν αἴγιναν.

OLYMPIA IX.

2 Etiam Sch. A corruptum est: ὁ τρίπλοος κεκλαδώς: ὁ μετὰ πλήθους κελάδων (sic). ἡ (sic) πληθύνει τὰ μέλη: — Et haec et alia merae sunt corruptelae, ut fit in vocibus rarioribus. Vide Sch. B et P. IV, 179; fr. 48, 3; Steph. Thes. s. v. χλάζω et Bu. G. G. II, 326 qui huic vocabulo propriam turgendi notionem vindicat.

3 ὄχθον] Longa thesi baseos (quam in Z et apud Sm. invenimus, indicatam etiam in B) non opus est. Saepe παρά cum accusativo a Pindaro coniungitur de loco ubi quid vel est vel fit, ut infra vs. 17; X, 101; P. I, 67. 79; III, 78; IV, 74; N. IV, 20; V, 10; X, 48; I. VII, 3.

8 Primo obtutu est ut defendas id quod in optimis libris est, μέλεσσιν. Nam si ἐπινέμεσθαι est impertire, dare, tradere, distribuere, c. dativo personae et accusativo rei constructum, simplicius est dicere „ab arcu Musarum [iaculatus] trade Iovem et Olympiae collem his carminibus“ quam „ab arcu Musarum trade eos hisce Musarum telis.“ Est autem in utralibet lectione poetica inversio, ut non sive tela sive carmina Iovi et Olympiae, sed Iupiter et Olympia telis carminibusve impertiantur.

Quae inversio lyrica maxime Pindarica est. Compara κράτει προσέμιξε δεσπόταν O. I, 22 et similia multa O. I, 90; P. IX, 72; N. I, 17; II, 22; IV, 21; I. III, 3; — Κύκνον θανάτῳ πόρεν O. II,

82 cui similis est emendatio N. I, 66 νιν δώσειν μόρῳ; — ἔδωκ' Ἀπόλλων θῆρας αἰνῷ φόβῳ P. V, 56; ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγὼ Μοίσαισι δώσω P. IV, 67; φῶτα ὕμνοις δίδομεν I. VII, 60 et similia N. III, 11. 68; I. I, 16; II, 19; VI, 39; — etiam ἐν ad dativos adiecto (cf. Rh. XVIII, 303) O. I, 90; X, 82; P. XI, 37; I. II, 29.

Atqui his omnibus subest cogitatio „traditur aliquis aut felici aut infelici condicioni“, gloriae potissimum, victoriae, floribus, corollis, carminibus, Musis, instrumentis musicis. Quare in βέλεσσιν displiceat nova telorum metaphora cum altera quae ab arcu sumitur confusa. Nam quod aliter expressum et collocatum ad augendam vim orationis confert, ut O. I, 1—7, id sic permixtum facere videtur ut utriusque metaphorae vis elidatur. Quodsi poetam urgere fas est, perversum est quod dicit „Ab arcu Musarum distribue Iovem telis“. Tolerabilius saltem, si ab imagine iaculandi ad locutionem supra dictam „traditur is qui canendus est carminibus“ deflectere voluisset. Cf. I. II, 3. Igitur μέλεσσιν praestaret.

Verum si ἐπινέμεσθαι non cum St. Hy. (Bö.?) de impertiendo s. distribuendo intelligimus (quo sensu activum apud Homerum invenitur), sed cum omnibus reliquis inde ab Alexandrinis usque ad Ln. Pp. Sm. Ox. (ad quos Di. rediit) de accedendo, invadendo, petendo: accusativus est termini, dativus vero instrumentalis. Iam rectissime se habet βέλεσσιν Schmidianum, nam „ab arcu pete Iovem sagittis“ satis concinnum est. Notio principalis illius verbi medii cum accusativo coniuncti est dispergendi se et diffundendi per aliquem locum. Ita rumor (Aesch. Ag. 484 ubi πόλιν subaudiendum est), incendium (Herod. 5, 101 πῦρ ἐπινέμεται πόλιν), pestilentia (Thuc. 2, 54 νόσος ἐπενείματο Ἀθήνας) sparguntur. Quam imaginem h. l. significatam explicatius retractat Pindarus (ut assolent poetae) vs. 21 ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς. Sensus igitur est: „Occupa hisce carminum sagittis ab arcu Musarum (incendii instar) Iovem et Olympiae collem, anime vates!“ i. e. copiosius dic de iis.“

Eandem verborum structuram Sch.[3] B et gl. ABF ἔπελθε, ὕμνησον testantur, et Sch.[1] B τὸ δὲ ὅλον τροπή. τόξῳ μὲν γὰρ τὴν ποίησιν, βέλεσι δὲ τὰ ἐγκώμια παραβάλλει etiam βέλεσσι agnoscere videtur, licet hoc etiam ad vs. 11 possit referri. Sed in Sch.[2] B et in Sch. A ἐπινεμήθητι τοῖς ὕμνοις τὸν Δία et in Sch. C τοιοῖσδε ποιήμασι leguntur quae ad alteram lectionem μέλεσσι videntur pertinere. Hi utram constructionem et significationem verbi ἐπινέμε-

σθαι probaverint, non apparet. Sin „distribuere“ active intellexerint, haec ratio neque exemplis firmata et multo minus nervosa et poetica est quam quae supra indicabatur. Quam tenenti tamen opus non est emendatione Schmidiana, nam etiam „Pete Iovem carminibus ab arcu Musarum“ optime se habet, cum vs. 11 sqq. eadem imago ita continuetur et amplificetur, ut lectio βέλεσσι aliquid huic amplificationi praeripere videatur. Ipse lector decernat.

9 τό etiam per Sch. ὅ et ὅπερ firmatur.

14 Homericum κλειτός rarius apud Pindarum quam κλεινός et κλεεννός. Saepius hae formae permutantur ut vs. 19.

16 Aestheticae correctionis speciem habet Thomanorum scriptura μεγαλόδωρος.

14 αἰνήσαις optativum habuit Mosch. ἐπαίνεσον, ὕμνησον explicans. — In commate Ambrosiano*) Scholiasta si non de grammatica diaeresi, sed de rhetorica diastole loquitur, dicere voluit αἰνήσαις non debere (ut alio loco dicit) συνηρτημένον legi, sed ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς (cf. p. 96; 11). — Vulgata Vett. Vaticana etc. nec optativo nec imperativo exprimunt vocem αἰνήσαις, sed plurimorum codicum interpunctio eodem redit. — Simillima ambiguitas O. II, 91, ubi pars Vett. participium (τανύσαις) statuunt; de nostro loco non constat dissensisse Scholiastas. Quod fidem addit Böckhium (quem vide) recte optativum praetulisse. Asyndeton non offendit, ut nec vs. 47 ἔγειρ' ἐπέων κτλ. nec vs. 80 εἴην εὑρησιεπὴς κτλ.

16. sq. Mirabiliter huic loco accidit ut duae virorum doctorum coniecturae unius quo nunc primum uti licuit codicis fide comprobentur. Nam quod Böckhius e Sch. Vat. (211, 14) βρύει δὲ καὶ αὔξεται ταῖς ἀρεταῖς ταῖς τῆς νίκης ἡ Ὀποῦς, ἔν τε τῇ Κασταλίᾳ πηγῇ ἐν Πυθοῖ, καὶ ἐν τοῖς τοῦ Ἀλφειοῦ ποταμοῦ, τουτέστιν ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ praeclare emendaverat ἀρεταῖσιν, | ἔν τε Κασταλίᾳ, id vere invenitur scriptum in Ambr. A (nisi quod λια ibi est, omisso

*) αἰνήσαις ε̂ καὶ υἱόν: τῇ διαιρέσει οὕτω τὸ αἰνήσαις. ἐχόμενον δὲ τὸ ε̄. τοῦτο δὲ τὸ ε̄ προσενεκτέον ἐγκλήσει. καὶ δασύνοντας. ἵνα σημαίνῃ ἐπαινέσας αὐτὴν τὴν ὀποῦντα καὶ τὸν υἱὸν δὲ αὐτῆς τὸ[ν] ἐφάρμοστον. καθὸ πατρὶς αὐτοῦ ἐστί. δύναται δὲ καὶ τὴν ἡρωΐδα λέγειν. υἱὸν δὲ τὸν ὀποῦντα: Ubi δασυντέον et ἐγκλίσει (sc. εὐκτικῇ optativo) scribendum esse videtur, ut sensus sit: „ε̂ cum optativo consociandum est“. Iam sibi ipse repugnat Sch. illato participio ἐπαινέσας, pro quo ἐπαινέσαις (opt.) scribendum est. An ille a falsa diastole αἰνῆσαι σὲ cavere voluit? an αις pro ας diaeresin appellat? et ἔγκλησις est „vis accusativi“?

iota) cum gl. supra ἔν τε notata γρ. καὶ ἶσον τὲ Κασταλία, quae est reliquorum mss. scriptura. Rursus quod Bergkius in altera editione (ex ipsius procul dubio viri ingeniosissimi coniectura) posuit ἀρεταῖσιν, σόν τε, Κασταλία, id mirum in modum confirmatur Scholio Ambrosiano παρά τε τὸ σὸν ῥέεθρον καστα. καὶ τὸ τοῦ ἀλφεοῦ, quod ad fidem apographi Vratislaviensis (211, 20) παρά τε τὸ ἴσον ῥέεθρον Κασταλίας καὶ τὸ τοῦ Ἀλφειοῦ editum habemus. Quod si vere est in illo apographo, librarius peccavit, nam archetypon et τὸ σὸν clarissime scripsit, et ῥέεθρον, Κασταλία, καὶ videtur voluisse, quoniam καστα. non secundi, sed primi quintive casus compendium est, vocativos autem a reliqua oratione in mss. non separari constat. — Tres igitur Alexandrinorum huius loci non interpretationes sed lectiones videntur fuisse. Id clarius elucet ex integro Ambrosiano, si, quod insignite non tam corruptum quam omissione lemmatum confusum et mutilatum est, ita recte restituimus: θάλλει δ' ἀρεταῖς: ἢ [ἔν τε,] ὅπως θάλλῃ ταῖς ἀρεταῖς ἔν τε Πυθοῖ καὶ Ὀλυμπίᾳ. [ἢ ἶσον·] τὸ δὲ ἶσον ἀντὶ τοῦ κοινῶς*). [ἢ σόν τε, τουτέστι] παρά τε τὸ σὸν ῥέεθρον, Κασταλία, καὶ τὸ τοῦ Ἀλφεοῦ: — Haec quum antiquitus diversa fuisse videantur, qnarta ft. scriptura latet in Vaticano (211, 18) θάλλει δ' ἀρεταῖς] ἢ Ὀπους θάλλει ταῖς ἀρεταῖς τῆς Κασταλίας, ἀντὶ τοῦ τῆς Πυθοῦς. Sed nec liquet quid ille si Κασταλίας legit pro ἶσον scripserit, et ft. ipsum ἔν τε Κασταλίᾳ legit atque de ἀρεταῖσιν tantum monere voluit, non esse virtutes Opuntis, sed splendores Pythii certaminis, quibus Opus floreat.

Noviciis coniecturis**) κράναν Κασταλίας (Ky.), αἰεὶ Κασταλίαν (Ra.), ἶσον Κασταλίᾳ παρ Ἀλ|φειοῦ τε (Ht.), ἶσον Κασταλίας τε πὰρ (Ah. in Ph. XVI, 53) missis, spretaque vulgata (quae metrum videtur turbare), quaeritur, utrum ἔν τε an σόν τε legamus? Illud melius et expressius firmatum habemus, hoc vivacius et ad

---

*) Vulgatam etiam Comm. Mosch. (210, 28) ἐπίσης τε ἐν τῇ Κασταλίᾳ . . . καὶ exprimere videtur, etsi ad ἕν τε quoque possit referri. Sed huic Sch. Rec. non multum tribuo.

**) ἀρεταῖς ἴσ|σον Κασταλίᾳ Tricl. dederat cum nota δύο σσ εἰς τὸ ἴσσον χρὴ γράφειν, ἵν' εἴη τὸ ῑ μακρόν. ἔνθα δὲ ἔστιν ἕν, βραχύ ἐστιν (ex μ'ν'); Sm.* ἀρεταῖς ἴ|σον καὶ Κασταλίᾳ Sm.*; Hy. Be.* ad vulgatam redierunt, sed Pw. Κασταλίαν elegantius legi arbitrabatur, cui Hy. addebat, venturum esse qui Κασταλίας mallet. Vaticinatus est de Kaysero.

vulgatam explicandam aptius videtur esse, ac locis similibus P. IV, 89. 175; I. I, 55 abunde commendatur.

Tamen alio nomine cadit coniectura ἀρεταῖσιν, σόν τε. Nam cum tot vocabula in σα, σᾳ, σαν, σᾶν, σαι, σας, σαις, σε, σεν, σι, σιν, σον, σω, σων etc. terminentur, tot alia a σα, σε, ση, σι, σο, συ, σω incipiant, ut poeta centies αἴνησε σοφόν, πολλοῖσι σύν, τοῖσί σε etc. copulare potuisset, sexies tantum, nisi fefellit observatio, admisit. Atqui ne haec quidem sex exempla a corruptelae suspicione libera sunt. Nam N. XI, 10 περάσαι σὺν manifesto corruptum est; adeo enim praepositionis σὺν repetitio molesta, ut mihi cum Sw. perplaceat νιν coniectura Dissenii. Porro I. III, 17 Λαβδακίδαισιν σύννομοι eo loco invenitur qui totus de genuitate suspectus est, ut suo loco apparebit. Denique O. I, 61 ἀλίκεσσι συμπόταις a duplici sigma excusationem habebit, si quidem etiam a ζ et ξ incipientes syllabae aliquoties cum alteris sigmatizantibus concurrunt, ut O. II, 86; XIII, 83; P. IX, 91; N. V, 54; I. VII, 47. Restant tria: O. VI, 5 sq. Πίσᾳ, | συνοικιστήρ; P. IV, 217 ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν; N. IX, 54 κελαδῆσαι σὺν Χαρίτεσσιν, quae sana videntur esse (excepto P. IV, 217 ubi vide notam) sed sonum Pindaro inusitatum habent. Esto tamen, nihilo minus concursus ille syllabarum a simplici sigma incipientium rarissimus est. Poeta aut verba traiicit aut dialectico τ utitur, ut ἐπαινέοντι συνετοί (P. V, 100), πτώσσοντι συμφορᾷ (P. VIII, 87), ἐντὶ σοφᾶς (P. IX, 39) etc., ut sigmatismum effugiat. Quem quam caute vitaverit, vel eo manifestum est, quod ne interposita quidem particula τε vel δὲ sigmatizantia coniungere solet. Non dicit σὺν δὲ σοί, σὺ δὲ σάφα, σύν τοι σοί κεν, Ἀγησία σοί, — sed σὺν δὲ τίν, τὺ δὲ σάφα, σύν τοι τίν κεν, Ἀγησία τίν*). Plerumque duabus pluribusve syllabis sigmatizantia distinentur, et si unâ, consonantium pondere cacophoniam minuere solet (καὶ, τὸ, τὰ, νῦν etc.); ut vel εὐτυχήσαις ἢ σὺν (I. III, 1) et ὁ σὸς ἀείσεται (N. IV, 90) offensioni sint. Illud autem in spuria carminis parte legitur, hoc aperte corruptum est. Neque aliam ob causam O. XIII, 39 ἀμφιάλοισι Ποτειδᾶνος; P. VIII, 81 τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν; O. VII, 72 πετοῖσαι; P. V, 47 πετόντεσσιν videtur scripsisse poeta, qui sine ulla haesitatione sae-

*) E contrario non τύ τοι sed σύ τοι, non τέ τιν τιμᾷ sed τέ σοι τιμᾷ, non ἔστι τὶν μὲν τῶν sed ἔστι σοὶ μὲν τῶν; quamquam iuncturas τε τῶν, τό τε etc. minime declinavit. Cf. I. III, 55. 77. — Fr. 223 πιέζει σ', non πιέσει σ' scribendum est.

pissime Ποσειδᾶν (ft. etiam O. XIII, 5), πέσε[ν], πεσών, πέσωμεν et P. VIII, 21 ἔπεσε scripsit, ubi gl. Palat. recte οὐχὶ ἔπετε observat, nam nulla erat rarioris formae eligendae causa phonetica. Fortasse etiam P. IV, 101 θαρρήσαις, non θαρσήσαις posuit, etsi in uno eodemque vocabulo non omnino vitare potuit sigmatismum; cf. σεσιωπαμένον, σεσιγαμένον, σεισίχθον', αὐδάσαισα etc. Attamen P. IX, 33 non praetulerim ἀποσπαρθεῖσα lectioni vulgatae ἀποσπασθεῖσα „propter κίβδηλον σάν“ cum Hermanno. Nam parechesis illa diversa est ab ea quam Pindaro male sonuisse constat. Ab aliis autem homophoniae generibus haud alienus est; vide Bö.[1] I, 295 sqq; Rh. IV, 564 sqq; ad O. III, 4. Velut concursum desinentis et incipientis eiusdem consonae non fugit, sed amavit potius talia: τοῖς σοφοῖς, ἐκ Κρόνου, ἐν Νεμέᾳ, αἰνήσειν νόμον, θέλξαν νιν, θέν νιν etc.*)

Quae reputanti non solum σόν τε utut arridet, sed etiam aliae coniecturae non paucae improbandae videbuntur, tota vero de formarum dialecticarum apud Pindarum usu quaestio aliter instituenda. Euphonia autem si vel ad ᾱ et η̄, ad $\overline{\alpha\iota\varsigma}$ et $\overline{\alpha\varsigma}$, ad μιν et νιν pertinet, multo ea optio difficilior fit et incertior, nam nihil magis lubricum et obnoxium est quam nostrum de sonorum priscorum suavitate iudicium.

Relinquitur dubitatio de praepositione ἐν quam Ky. non sine causa movit. Homericum ἐν ποταμῷ (Od. ε, 466; Il. σ, 521; ω, 351) non est „prope fluvium“ sed „in fluminis alveo“ sicco ut Graeciae. Pindarica ἐν πόντῳ, ἐν πελάγεϊ, Καφισίδος ἐν τεμένει non sunt „prope mare“, „prope lacum“, sed „in mari“, „in lacu“. Nec prorsus simile est Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς λίμνας (P. IV, 20; cf. Hom. Od. λ, 242 ἐν προχοῇς ποταμοῦ) quia sermo est de navi „in aqua“ fluitante; magis etiam alienum N. XI, 9 ἀενάοις ἐν τραπέζαις. De terris, insulis, urbibus, portis, montibus, campis ἐν frequentissimum, sed de fluviis et fontibus ἐπί et παρά usitata, ἐν non item. — Ne ἔν τε adverbiale (simulque) statuas, vide Hm. ad Soph. El. 703, etsi ἴσον (ἶσον) huius ἐν interpretatio esse potuisset. Sin ἔν τε . . . καὶ idem esset cum Latino et . . . et, recte quidem scriberetur ἔν τε Κα-

*) Versum Euripideum ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι (Med. 476) eo irrisit Plato Comicus (ἡμᾶς . . . ἔσωσας ἐκ τῶν σῖγμα τῶν Εὐριπίδου apud Mk. Fr. Com. 2, 626) quod sex a simplici sigma exorsae syllabae, quarum quinque ferme deinceps positae sunt, in uno eodemque senario intolerabiles videbantur. Fortasse nihil aliud Lasus Hermioneus Pindarum docuit quam hoc sigmatismi genus vitare. De σὰν κίβδηλον vide fr. 47 et ad O. XII, 16.

σταλίας παρὰ (Κασταλίαν πάρα), sed dativus Κασταλίᾳ offenderet. — An praepositio ἐν insolita rectione de fonte usurpata offisioni erat Veteribus, ut ἴσον et σόν reponerent? — Particula τε tertio loco (ut in παρὰ Ἀλφεοῦ τε) posita tolerabilis est; cf. P. IV, 295.

Si tamen ἴσον verum esse crederem, aut ἴσον Κασταλίας παρὰ Ἀλφεοῦ τε ῥέεθρον scribendum esse censerem aut Κασταλίαν Pauwianum.

18 Nota Böckhii scripturam παρὰ Ἀλφεοῦ in nullo ms. inveniri, Byzantinam vero παρ' Ἀλφειοῦ ab optimis quibus confirmari. Attamen Bö. verum vidisse puto. Cf. ad O. VII, 16; XIII, 78. — Hm. asynartetos statuit. — Ht. ut vs. 7 et 8 Str. coniungere posset, dimidium versuum traditorum summa cum temeritate interpolavit: 63 μιν συνώνυμον; 73 ἔμβαλ', ὥς τιν' ἔμφρον' ἰδόντ' ἂν μαθεῖν; 91 δόλῳ τ' ἀπτῶτι; 101 διδακτοῖς . . . ἀρετὰς κλέος τ' ὤρουσαν. Idem de more suo vs. 19 ἄωτα scripsit; cf. Ra. in Ia. LXXVII, 393 sq.

22 Sch. A (ex A mutilum apud Bö.) μαλεραῖς: ταῖς λαμπραῖς, παρόσον τὸ πῦρ λαμπρὸν καὶ μαλερὸν λέγεται· ὡς ἐκ μὲν τοῦ ἐπιθέτ[ου] τὸ πῦρ δηλοῦσθαι, ἐκ δὲ τοῦ πυρὸς τὸ λαμπρόν. ὁ δὲ τρόπος μετάληψις. λαμπρὰς (cod. λαμπρὸς) δὲ τὰς ᾠδὰς διὰ τὸ διϊκνεῖσθαι ὡς (hoc ὡς est in A) τὸ πῦρ. ὁ δὲ Δίδυμος ἀντὶ τοῦ μαλακαῖς. καὶ γὰρ ἑτέρωθι μαλακοφώνους τὰς ᾠδάς φησιν: — Unde quod quendam a Didymo μαλακαῖς lectum esse suspicari video, falsus est, nam id ab illo grammatico non lectum, sed intellectum fuit, ut μαλεραὶ ἀοιδαί de significatione responderent μαλθακοφώνοις ἀοιδαῖς (I. II, 8). Eandem inter μαλερός et μαλακός cognationem etymologicam spectare videtur Hesych. μαλερὰς φρένας, ἀσθενεῖς καὶ ξηράς. Nusquam vero notio teneritatis et mollitiei convenire videtur. — Vide de hac imagine ad vs. 8.

24 In Sch. B 212, 15 post νίκης ·:· sequitur καὶ ναὸς ὑποπτέρου. ἐγε[ίραμεν] ·:· — An diversitas scripturae olim fuit? — De παντᾷ cf. O. I, 116.

25 πέμψω etiam Sch. Germ. et Thom. et Comm. Mosch.

28. 29. Elisionis olim scripturâ non expressae nonnulla in hoc carmine vestigia deprehenduntur, ut in O. XIII. — Cf. ad O. VIII, 48 sqq.

29 ἀντία solo Calliergis sphalmate nititur; ἀντίον omnes boni libri habent. Pindarus Homeri exemplum secutus utroque adverbio utitur, nec quidquam obstaret, quin adiectivum h. l. cum ge-

nitivo coniunctum esse censeremus, ut in ἄντιος ἦλθε θεῶν, nisi adverbia in his apud Pindarum frequentiora essent.

30 Nescio an Sch. AB πότ' ἄν legerint: „Alioqui, quando tandem ..?“ i. e. „Alioqui nunquam ...“

31 Sch. A ἐν τῇ Πύλῳ. Sch. BU παρά (Ro. περὶ) τὴν Πύλον. Genitivus loci post ἀμφὶ alienus est.

31. 32. Poeta, si ἤρειδε et ἤρεισεν scribere voluisset, Ποτειδᾶν (credo) praetulisset (vide ad vs. 16 sq.). Imperfectum etiam Sch. confirmat. At euphonicam rationem, quae eum ad μιν scribendum invitaverit, non video, nisi Homericam formam vox Homerica πολεμίζων s. πελεμίζων traxerit.

32 Thierschius primus auctor fuit coniecturae πελεμίζων. Scholia nihil aliud videntur legisse quam πολεμίζων; etsi non diserte hunc locum exprimunt sed generaliore verbo μάχεσθαι utuntur. Attamen facili permutatione rarior vox πελεμίζων expulsa esse potest, ut N. VIII, 29 ubi e Sch. B (διακινοῦντες) manifestum est in textu fuisse πελεμιζόμενοι ὑπὸ λόγχᾳ, i. e. [δια]κινούμενοι, repulsi, ut rectissime explicat Aristarchus. Vox πελεμίζειν exponitur διασαλεύειν, βίᾳ κινεῖν, παλάμῃ κινεῖν. Sin τόξον πελεμίζων (curvando concutiens) scripsisset, comparari posset Hom. Od. φ, 125 τρὶς μέν μιν (τόξον) πελέμιξεν ἐρύσσεσθαι μενεαίνων, quod ad σκύταλον τινάσσειν et οὐχ ἀκινήταν ῥάβδον ἔχειν melius conveniret quam τόξῳ πελεμίζων (concutiens, repellens). — Est quidem πολεμίζειν quoque ab Homero inde, etiam de μονομαχίᾳ, usitatum, sed semper generalius de pugnando ponitur, ut I. I, 50, non addito telo. Generalior illa notio a nostro loco aliena est.

33 Femininam positionem h. l. metri causa admisit poeta, ut ἀβάταν ἅλα N. III, 21; ἀμετρήτας ἁλός I. I, 37; νεοκτίσταν Αἴτναν N. IX, 2.

34. Sch. [DG] U etc. (214, 25, et Comm. Mosch. ib. 31) εἰς τὸν κοῖλον τόπον τοῦ ᾅδου. Utrum glossae speciem habet, πρός an ἐς? Credo illud potius. Nec facile diversa genera mss. in ἐς conspirarent, nisi olim in textu fuisset. Vide Schol. Germ. p. V sq.

38 σοφίη in optimi codicis lemmate tam est notabile quam P. V, 63 εὐνομίην in quibusdam perbonis. Utrumque carmen epicae linguae vestigia compluria ostendit. Cf. vs. 5. 31. 35. 52.

43 Septies apud Pindarum Παρνασ[σ]ός et Παρνάσ[σ]ιος leguntur: O. IX, 43; XIII, 102; P. I, 39; V, 39; VIII, 20; X, 8; XI, 36.; — sed semel tantum (P. VIII, 20) mss. sibi constant in σ simplici

scribendo; in reliquis (exceptis FN) summa est librorum inter σ et σσ fluctuatio. — Duplex σ A in solo ubi exstat loco (nostro) habet; duplicationem etiam GO[P]Q sexies exhibent, eidemque favet C qui ter duplicat, semel vero non duplicat. — Simplex σ F et N constanter exhibent, sexies D (semel σσ), quinquies B (semel σσ; praeterea O. XIII, 102 σσ p. c. in textu), quinquies U (bis σσ). Etiam Moschopulei quinquies σ habent, bis inter σ et σσ fluctuant. — Pari fere numero EV et Tricliniani modo σ modo σσ scribunt. — Vide Steph. Thes.

43 Exquisitior dualis participii cum plurali verbi coniunctus (usu notissimo), quam pluralis participii, etsi idem est in Sch. A ἐλθόντες; Sch. B καταβάντες; gl. passim κατελθόντες. — Etiam dualis κτ. in Sch. exprimitur plurali ἐποιήσαντο. — Cf. ad O. VIII, 39.

45 Rectissime se habere videtur scripturâ optimorum librorum indicata lectio κτισσάσθαν, quod non magis aures offendit quam ἔσσεσθαι. Medio Pindarus bis utitur: O. X, 25 et fr. 4, 4 ubi est ἐκτίσσατο. Nam bene quidem dicitur κτᾶσθαι, ut de opibus, servis, uxore, domo apud Homerum, ita de argenteis phialis quas equi victoriâ acquisiverint apud Pindarum (N. IX, 25); sed admodum insolenter de liberis „quaerendis“. Dicas insolenter cum hi parentur liberi, insolenti quoque vocabulo locum dari. Sed Scholiastae Vett. nihil eiusmodi indicant. Reddunt simpliciter ἐποιήσαντο (B) et ἐποίουν (A), excepto Moschopulo, qui κτησάσθην, inquit, ἤγουν ἐκτήσαντο, ἔσχον. Suo igitur iure Mr. et St.* κτισάσθαν invexerunt, nisi quod σ duplicare debebant. Simplex σ etiam O. X, 25; P. I, 62; IV, 7 in perbonis libris invenitur, et in quibusdam etiam η, non minus male quam O. XIII, 80 in omnibus fere bonis libris κτῆσιν pro κτίσιν legitur. — Cf. etiam κτίζειν pro ποιῆσαι quod non solius Aeschyli idioma (Sch. ad Eum. 17) sed apud alios quoque poetas frequentatum est.

46 ὀνύμασθεν non ausim scribere auctore C ob dissensum ceterorum et P. XII, 23 ubi omnes in ὠνόμασε[ν] consentiunt. Alio loco (P. I, 38) codices fluctuant inter ὀνυμαστάν et ὀνομαστάν, suntque boni testes utrinque. Fr. 279 ex verbis grammatici non apparet Pindarum feminino ὀνομακλύτα usum esse. Quinquies autem ὄνυμα et ὀνυμάζω inveniuntur, non solum in Aeolicis sed etiam in Doricis, ut communis forma non habeat quo nitatur praeter hunc locum et P. XII, 23.

47 ἐπέων . . οἶμον] gl. P ὕμνων . . . ᾠδήν; Sch. B[2] τὴν ὁδὸν . . . .

τῆς μυθολογίας (et similiter Mosch.); Sch. A τὸν ὕμνον; Sch. B[1] (sub textu). Hi omnes legerunt οἶμον s. οἷμον, sed de interpretatione dissederunt. Alii οἶμον viam esse censuerunt ut οἶμος ἐπέων per metaphoram dictum esset quemadmodum O. I, 110 ὁδὸς λόγων; alii οἶμον expressius pro οἴμη Homerico i. e. ᾠδή, unde προοίμιον et φροίμιον derivata sunt, positum esse volebant ut in illo Callimachi Φοίβου δὲ λύρης εὖ εἰδότας οἴμους, cf. N. IX, 3 ἐπέων γλυκὺν ὕμνον; alii denique οἶμον cum Homerico οἰμάω s. οἱμάω i. e. ὁρμάω contendebant, ut idem esset cum ὁρμή (impetus) vel, ridiculo errore, cum ὅρμος (portus). — Nec aliud legit Thomas: λιγὺν εἶπε πρὸς τὸν ὕμνον; is enim cum οἶμον ἐπέων „viam verborum“ interpretaretur, animadverti volebat, epitheton non ad „viam“ sed ad „viam verborum“ i. e. hymnum referri. — Gedikianam coniecturam, a Hm.[2] aliisque repudiatam, a Bö. iterum defensam de Crisi § 41, non Scholiastae auctoritas, sed similitudo imaginum P. IV, 3 et N. VI, 29 (et Hom. Od. γ, 176; δ, 357) commendare videtur. Attamen causam non video cur rariorem vocem infelici casu in textum Scholiaque venisse putemus. Ambigi potest, utro spiritu signemus οἶμον. Praefero asperum et facio cum eis qui hanc vocem cum ϝοίμη, οἵμη (cantus) componunt.

52 Antiquae vulgatae Moschopulus, novae Triclinius auctor exstitit. Utraque emendatio bona, sed Tricliniana a vett. mss. propior.

55 Soli EF formam Ἰαπετιονίδος a Byzantiis probatam confirmant, ut P. I, 78. — Cf. O. XIII, 5. 59; P. IX, 71.

56 Vulgatam Triclinianam emendare conatus Heynius (de sententia Pauwii?) genitivum Doricum φερτάτω Κρονιδᾶν (i. e. Iovis) proposuerat, quo accepto Hm.[1] (ex Ω) καὶ pro τε (quod ab imperito metrico profectum) scribi iussit („vestri maiores, quorum primi nati sunt e puellis gentis Iapeti, et Iove“ et πρίν = „olim“). Eodem fundamento usus Bö., duas Protogenias statuens, monuit pluralem φερτάτους Κρονίδας ad gentem Iovis paternam a gente Iapeti materna distinguendam recte adhibitum esse; Hm.[2] lectionem probans (cum Th.) utrumque pluralem, et κορᾶν et φερτάτων Κρονιδᾶν, ad singulas personas retulit, ut una tantum Protogenia et unus tantum Iupiter intelligi deberet, addens: „Neque enim, si Pindarus gentem Saturniam intelligi voluisset, nomine φερτάτων esset usus, quod nimis usitatum de Iove est, quam ut ad omnem gentem Saturniam trahi possit.“ Non multo aliter Sch.

Vet.*) et Di., qui Hm.[2] et Bö. ita conciliat, ut una tantum Protogenia, Opuntis filia, intelligatur, pluralis autem gentem significet, non poeticus sit pro singulari. — Novam interpretationis et lectionis viam iniit Hm.[3] (1847), collato Hesiodo apud Strabonem VII, p. 321 sq., unde κορᾶν τε φερτάτων Λελέγων scribendum et ante πρίν virgulam ponendam esse censuit. Sensum enim esse „Horum (Laorum) et filiarum nobilissimorum Lelegum filii regnarunt in Locride indigenae (omnes enim ab iactis lapidibus orti) perpetuo, prius quam Opus a Iove et Protogenia Elea natus esset.“ — Suam emendationem ipse emendavit Hm.[4] (1848, literis ad Sw. datis, cf. Praef. ad Sw.[3]), pro κορᾶν τε scribens κόραι τε, postquam Sw. in Nu. Go. (1848 p. 665 sq.) censuram libelli Hermanniani egit, ubi is (Sw.) παμφερτάτων coniicit. Voluerunt, ut videtur, ipsos „Lapideos“ „filios filiasque nobilissimorum Lelegum“ appellari, ut vera fabulae intelligentia, errore vulgi notato, ita significaretur. — Hanc viam persecutus Bg.[2] (Λοκριδᾶν), Θρονιδᾶν, Κυνιδᾶν proponit pro Κρονιδᾶν, „videri enim nomen gentis delitescere, ad quam Epharmostus quoque stirpem retulerit; Protogeniae (i. e. non Opuntis, sed Deucalionis filiae) eiusque mariti posteros dici Locris imperasse, usque Opuntis filia ascita alienus sanguis genti admixtus sit.“ — Porro Ht. omnia movit: ἀρχᾶθεν, Ἰαπετιονίδος φύτλας· κοῦροι ’κύρουν τε φερτάτων ...., πρὶν ... et praestantissimorum Saturniorum filii semper indigenae reges erant, antequam ....; „fuisse enim, etiam ante compressam Opuntis filiam, Iovem huius gentis auctorem, per Protogeniam Deucalionis, et per Amphictyonem“. — Denique vulgatam antiquam (i. e. mss. et Hm.[12] Bö.) defendunt novissimi interpretes Fr. et Sdt. Ille κείνων et φερτάτων Κρονιδᾶν consociari iubet, admodum contorta structura ver-

---

*) Gl. A κοῦροι] πατέρες et κουρᾶν] τῶν νέων videntur ad πρόγονοι pertinere; κούρων δὲ 218, 23 alieno loco in A insertum nihil probat. Rectius gl. Q κουρᾶν] ἀπὸ τῆς κόρης. Omnes enim Vett. de κουρᾶν pro τῆς κόρης, τῆς Πρωτογενείας et de φερτάτων Κρονιδᾶν pro Διός posito, poeticâ licentiâ, consentiunt. — Iidem certatim πρίν pro adverbio accipiunt, excepto Ambrosiano, ubi non leguntur ea quae edita sunt (ex B) 219, 23 sqq. — In A φύτλας· κοῦροι κουρᾶν. καὶ interpungitur, in F post κουρᾶν solum. Verba κοῦροι κουρᾶν etiam a Sch. Vet. uno ut seorsum interposita accipi videntur. Comm. Mosch. 219, 19. 20. corruptum esse credo et τῶν κορῶν τε τῶν τε ἀρίστων Κρονιδῶν ac postea καὶ τοῦ ἀρίστου scribendum. Nam duplex τε ille Byzantius invexerat.

borum, ut (si recte intelligo) a „Lapideis“ et ab Iove oriundi dicantur maiores Epharmosti, „Lapidei“ vero primum et ipsi per Pyrrham (quidni etiam per Deucalionem?) ab Iapeto descendisse et iam diu indigenae reges Locridis fuisse, priusquam Iupiter sese genti immisceret. — Hic, insciens Gurlittum*) recoquens, satis confidenter haec omnia ad indigenarum regum Locrensium seriem nobis prorsus ignotam refert, qui ante Opuntem fuerint, aurea aetate, cum diis et hominibus (teste Schillero) laetissima connubia essent. Talia nec refelli possunt nec probari. — Ego de loco vexatissimo non decernam, sed de variis interpretum opinionibus hoc teneo: 1) Rationes (Hm.[1]) Bö. Hm.[2] solas et mss. et Scholiorum fidem habere nec nisi eo laborare quod πρίν et sic collocatum adverbium esse non potest et non „olim“ sed „ante hoc tempus de quo agitur“ significat, quod ab hoc loco alienum est; 2) Coniecturas Hm.[3,4] Sw. Bg.[2] utut per se ingeniosas nullam probabilitatem habere, non solum quod expressum mss. et Scholiorum testimonium contra facit, sed etiam quia earum fundamentum est absurda interpolatio Tricliniana, cui explicandae editores ante Hm. et Bö. inanem operam navabant; sed optime meruisse Hm.[3] quod asyndeton durissimum et πρίν prorsus ineptum convellerit; 3) Veri aliquid inesse in novissimis explicationibus, inprimis in Hartungiana, modo ne novationi indulgeas ’κύρουν, sed mihi re accuratius perpensa**) magis probabile visum fuisse, καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν non ad Iovis amores anteactos sed ad hos ipsos cum Opuntis filia (Protogenia, ut arbitror) de quibus nunc sermo est referri. Id ita cum sequentibus conciliari potest, ut verba πρίν κτλ. ad proxima tantum ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί pertineant et maior pausa fiat post Κρονιδᾶν. Iam sensus est: Maiores vestri et maternâ gente Iapetidae fuerunt, et paternâ a Saturniis oriundi; qui quidem proavi iam dudum indigenae reges fuerant, vel priusquam id quod modo de Saturniis significavi factum est, ut Iupiter,

*) Gu. enim (in vulgata Tricliniana haerens) olim (nam postea iure optimo sententiam mutavit) „Lapideos“ cum „filiabus Saturniorum“ innocentissime concubuisse et Locrorum reges procreasse existimavit, priusquam, re inversa, Iupiter Opuntis filiam gravidam fecisset.

**) Olim ita intellexeram: Reges indigenae non solum ex Iapetidarum sed etiam ex ipsa Saturnia stirpe per Protogeniam Deucalionis iam antea descendebant, quam iterum Saturnius eidem genti sese immisceret atque Opuntis filiam a se compressam Locro collocaret.

compressa Opuntis filia, genti sese admisceret. Sententiam meam me etiam apud Fr. reperisse gaudeo, cui tamen de primorum verborum structura assentiri non possum. De hoc loco non coniectando sed interpretando opus esse mihi quoque persuasum est.

Caeterum non mirum est κουρᾶν in omnibus vett. inveniri ut χειρὶ χειρός P. IX, 122 pro χερὶ χειρός. Disparilitas autem formarum in figura etymologica non magis offendit quam Ζηνὶ . . . ἢ Διός (ita enim scribendum est) I. VII, 35.

58 Explosa est Byzantiorum interpolatio τὰν παῖδ', quam Moschopulus Triclinio probaverat. Nota formas syncopatas θυγατρός, θυγατρί, θύγατρα semper apud Pindarum habere paenultimam positione productam, non sine causa. — Esto hoc inter exempla pausae consulto post elisionem admissae (de qua re modo disputavimus), nam interiecta sunt verba ἀπὸ γᾶς Ἐπειῶν inter θύγατρα et Ὀπόεντος. — Solutam arsin quam duo optimi libri exhibent cum huius carminis consuetudine non congruit.

58. Sine dubio Moschopulus et bene ἕκαλος per λάθρα exposuit, et recte ἀναρπάσαις ἕκαλος coniunxit, nam ἕκηλος est tacite, clam: Hom. Il. θ, 512; Od. ρ, 478. Atqui raptum clam parentibus fieri dicere attinebat, cum „per otium", „sine ulla molestia", „placide" (Bu. Lex. I, 144 sq.) μιχθῆναι nec dicere referret, et ferme ridiculum esset, si Locrum nimis in hac re otiosum fuisse reputamus. — Sch. Vett. 219, 25 ambigua.

59 Pindaricum ft. ἔνεγκεν erat: cf. ad O. III, 14.

60 Recte Moschopulus πότμον ἐφάψαις seorsum accipit „morte admota" (Bö.). — Tricliniani cum Di. πότμον ὀρφανὸν γενεᾶς videntur consociare; est gl. Tricl. θανατὸν ἐνεγκών[.] ποταπόν[;] ἐστερημένον παιδὸς διαδόχου. — Sch. A ambigua sunt; Sch. B (219. 26 sq.) cum Moschopulo consentire videntur. — Ht. μὴ 'πολίποι μιν κτλ.

61 ἔχεν Bö. praeeunte Hermanno reposuit.

64 De commento Hartungiano vide ad vs. 18.

65 Vitium ὑπέρβατον est in Mr. St.[1] Pl. Co. (non in St.[234] P St.). — Notabilem lectionem optimi codicis reposui, consentiente Sch. B. ὑπερφυᾶ καὶ μέγαν καὶ τῷ εἴδει καὶ τοῖς πράγμασιν. — Comm. (et gl.) Mosch. ὑπερβολικῶς θαυμαστόν. — gl. Tricl. ἐξοχώτατον (ut Thom.). — paraphr. A n. e. — Notissima sunt ὑπερφυής, ὑπερφύομαι, ὑπερφύς de excellentia; sed nec ὑπέρφατος nec ὑπέρφυτος inveniuntur, nisi quod apud Dion. Halic. (VI, 156. Tauchn.) ex Pin-

daro νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον laudatum habemus (fr. 74 (84), 8). Incertum igitur manebit, utrum Sch. ὑπέρφατος pro ὑπερφυῶς μέγας i. e. „incredibiliter (supra quam dici potest) magnus“ intelligens hoc per ὑπερφυᾶ καὶ μέγαν minus accurate expresserit, an ὑπέρφυτον legens hoc simplicius per ὑπέρφυτον καὶ μέγαν circumscripserit. — Cf. ad O. VIII, 16.

66 Ex Ω̣ λαῶν refert Hm.

68 Poetam in recensu orationi variandae maxime studuisse indicavimus ad O. VII, 90 et alibi passim.

69 Interpolaverunt υἶα Byzantii ut trochaica basis esset, licet iidem non moverint μίχθη vs. 59, ubi Sm. ad modum interpolatorum barbaram formam μίχθε invexit. — De forma adverbii ἐξόχως vide ad O. VII, 47.

69 Sch. B ἐτίμησεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἐποικοῦντας ξένους; ita enim pro ἐνοικοῦντας scribendum esse videtur. Ἔποικος in cantico apud Soph. El. 182 „peregrinam (servam)“ significat; alibi (O. C. 506; Aesch. Pr. 411 in cantico, adiective) „vicinum“, ut videtur; h. l. advenas intelligi ex totius loci tenore manifestum est. — Ἐπί c. gen. coniunctum ab hoc loco alienum est: cf. ad O. VIII, 48.

73sq. De commento Hartungiano vide ad vs. 18.

76 Synthesin in ἐξ οὗ et hoc genus aliis Moschopulus probavit: cf. ad O. VI, 71.

76 Ht. γ᾽ υἱός. — „Latet sub γόνος vox rarior. Hesych. ἴννους, παῖδας. Idem ἰννός (ὕννος), γιννός de pullo s. hinnulo habet. Permutantur ι et ο passim in cursiva antiqua: cf. ad O. II, 4. Fuerit aut ϝῖνις aut ϝίννος (olim ϝίνος scriptum); digamma in γ abiit. Ft. γίννος olim non de manco et debili, sed de parvo tantum mulo: Plin. 8, 44, 69 § 174.“ Haec prius adnotaveram, quam *Ahrentem* V. Cl. in Ph. XVI, 53 idem paullo ante me (1860) coniecisse cognoscerem. — Cf. Lo. Path. I, 92; Mk. Fr. Com. 2, 669.

78 De forma ταξιοῖσθαι quinque librorum satis bonorum auctoritate commendata vide Sw.[1] in Add. et Corr. ad P. IV, 103; coll. P. I, 26. ubi vide notam explicatiorem.

79 Falsa sed notabilis est forma δαματιμβρότας, ut χαλκελάτα O. VII, 38; licet hoc a recto in ας exeunte duci possit, illud non item.

80 Constructio in Vat. aut duplici infinitivo γενοίμην διαπαντὸς δυνάμενος εὑρίσκειν λόγον (ita B) καὶ διηγεῖσθαι πράξεις, aut duobus adiectivis per καί ligatis εἴην λόγων καινοπρεπῶν εὑρετὴς ἐπὶ τῷ διηγεῖσθαι καὶ πρόσφορος ποιητικῇ Μούσῃ καὶ τρόπῳ Μουσῶν ἁρμοδίῳ

explicatur. Sed Ambros. accuratius γενοίμην διαπαντὸς εὑρίσκειν δυνάμενος τρόπους. ἐκδιηγεῖσθαι τὰς πράξεις τῶν ἀρχαίων. — Porro de πρόσφορος Vat. εὐεπίφορος ἐν ποιήμασιν, ἐπιτήδειος, ἱκανός: Ambros. κατάλληλος ἐν ποιητικῇ. ἐπιτήδειος. αἴτιος. — Hi interpretes non tangunt imaginem ἀνηγεῖσθαι ἐν δίφρῳ Μουσῶν sed ita disputant quasi ἀναγεῖσθαι sit pro διηγεῖσθαι et πρ. ἐν μ. δ. seorsum „poeticae rationi convenienter“. Videtur dicere: „Sim inventor verborum ad agmen caeterorum poetarum ducendum idoneus.“ Aut enim hoc voluit (praevehi aliis), aut „revehi ad veteres fabulas, quas nova ratione tractat.“ Non crediderim ἀναγεῖσθαι valere „ulterius provehi“ (Di.) nec facio cum Bö. „utinam sim carminum inventor promptus, ut apte procedam*) in curru Musarum.“ — Possit ita „Sim semper aptus verborum inventor, revehendo [ad veteres fabulas aliis viam monstrans]“. — Etiam sequentia recte exponit Ambrosianus: εἴη μοι τολμᾶν, καὶ ἀποκινδυνεύειν διαπλάσσοντι (ita A recte) τὰ τοιαῦτα. — Quibus omnibus poeta non tam transitum ad sequentia parare quam terminare voluit veteres fabulas. Cf. vs. 48. Similiter Ht.

83 Scripturam meam ex lemmate et textu optimi libri concinnavi, consentiente (quod mirum est) Aldina. Quod me non sine haesitatione fecisse videbis vs. 99. Et nescio an citius illud αἰεί per διαπαντός Scholiorum AB confirmari crediderim, cum et alieno loco in paraphrasi vs. 80 appareat, et saepius a grammaticis ad generaliorem sententiae alicuius naturam significandam addatur. Vide ad O. XI, 10. Sensus illius scripturae esse potest, dativo termini, „ad epulum et ad victoriam veni“ ut sit ἦν διὰ

---

*) De sententia Triclinii, cuius glossae sunt: ἐφευρετικὸς τοιούτων ἱστοριῶν — ἐποχεῖσθαι, προέρχεσθαι εἰς τὸν τοῦ ἐφαρμόστου ἔπαινον — ἁρμόδιος τῇ παρούσῃ ὑποθέσει, ἤγ. τῇ ποιήσει. — Veteres sequitur Moschopulus (gl. et Comm.) εἴθε εἴην καινῶν ἐπῶν εὑρετὴς, ὥστε ἀναγεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ διηγεῖσθαι, τὰ περὶ τούτων δηλονότι, πρόσφορος, ἤγουν ἐπιτήδειος γενόμενος, ἐν δίφρῳ τῶν Μουσῶν, ἀντὶ τοῦ ἐν ὑψηλῇ ποιήσει, ἣν αἱ Μοῦσαι δωροῦνται. — Lectioni Thomanae respondet Scholion Thomanum εἴθε τοιαύτας ἱστορίας εὑρίσκοιμι, ἵνα ἐποχούμενος τῷ παρὰ τῶν Μουσῶν δοθέντι μοι δίφρῳ, λέγω δὲ τῇ ποιητικῇ, ἁρμοδίως τῇ παρούσῃ ὑποθέσει, ποιῶμαι τοὺς λόγους .... τοῦ δὲ Ἐναγεῖσθαι τὸ Ἐν πρὸς τὸ δίφρῳ συναπτέον, οὕτως· ἐν τῷ δίφρῳ τῶν Μουσῶν ἡγεῖσθαι καὶ προέρχεσθαι. Triclinius, excepto ἐν, Thomam secutus est. — Explicationi Triclinianae possit favere κῦδος ἀναδραμεῖν O. VIII, 54, si hoc sit „transire ad“.

δυοῖν, cui explicationis causa adduntur verba τιμάορος Ἰ. Λ. μίτραις. Erat cum τ' delendum esse existimarem, ut esset „ad hospitalem (i. e. hospitis) gloriam veni", collato I. V, 57 ubi in verbis φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον . . . ταμίας producta est vocula γάρ ante ἦλθον ob causam nobis ignotam. — Veteres autem haec verba de προξενίᾳ intellexisse constat. Ipsum vero προξενία vocabulum nec apud Homerum nec apud Pindarum invenitur, nisi N. VII, 65 ubi καὶ προξενίᾳ πέποιθ' traditum, sed aut (cum Hm.*) καὶ, aut (quod praefero) προ delendum est. Atqui ξενία et bis apud Homerum (in extrema Odysseae parte) et ter apud Pindarum legitur (O. IV, 15; P. X, 64; N. X, 49). Videtur igitur ξενία, cuius in optimo codice apparent vestigia, h. l. recte se habere, etsi πρόξενος cum saepius apud Aeschylum, tum apud Pindarum semel (I. III, 26) legitur. — Sch. B διὰ τὴν προξενίαν . . . καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ λαμπρομάχου (similiter A 224, 32 sqq.) ubi verba καὶ τὴν ἀρετὴν in U omittuntur — Moschop. ἐπὶ προξενίᾳ δὲ ἀντὶ τοῦ χάριν τῆς προξενίας . . . . καὶ χάριν τῆς ἀρετῆς . . . — Tricl. ἐν φιλίᾳ [καὶ] αὐτῇ τῇ πρὸς ἐφάρμοστον νίκῃ . . At sive προξενίᾳ sive ξενίᾳ legis, cum sequitur ἀρετᾷ τ', duriusculum videtur.

84 Sch. A λαμπρομάχου: τὰ β μία ἐστὶ περίοδος. μίτραισι δὲ ταῖς (non ταῖσι) νίκαις: — Cf. vs. 89 et O. X, 21. De his Scholiis celeberrimis vide Bö.[1] II, 1, 243 et de Crisi § 5; Hm.[3] p. 9 (1847) meamque Ep. ad Fr. p. 5. 35.

85 ἔργον] νίκην Mosch. — πάλην Tricl. — Vett. generalius exprimunt ἐνίκησαν. — Cum accusativo coniungitur κρατεῖν, superare, P. IV, 245; N. V, 45; X, 25; — ft. eodem sensu cum accusativo rei et genitivo personae O. VII, 51, licet aliter ea verba construi possint. — Si ἔργου κρατεῖν poeta dixit, hoc est potiri opere certaminis, i. e. victoriâ; sin ἔργον κρατεῖν, hoc dictum est ut κρατεῖν ἀγῶνα, νικᾶν νίκην, in certamine vincere, cui advocari possit τέχναν κρατεῖν O. VII, 53. Atqui ἔργον non est certamen simpliciter, sed, ut O. VII, 88; XIII, 37 (O. V, 15; N. VIII, 49), de praemio certaminis dicitur, ut de opera agonistica passim. Nec P. VIII, 80 ἔργον est certamen sed virtus, strenua opera; I. III, 86 poetica translatione ipsum certamen appellatur ἰσχύος ἔργον, opus roboris. Igitur me quidem arbitro genitivus praestat. Nam ἔργον si nihil esset nisi „in certamine", ita inter μίαν et ἀν' ἁμέραν collocatum quam maxime frigeret. — Cf. O. VII, 88 et alio nomine ib. 90.

85 χάρμη Homericum, h. l. de laetitia ex victoria ludicra percepta vel potius de ipsa victoria ludicra usurpatum, non multo insolentius est quam μάχη de pugna agonistica O. VIII, 58. Neque hoc fugit Veteres; Sch. B¹ (nam ἄλλως 225, 14 recte omittunt BU al.) χάρμαι γὰρ νῦν ἀντὶ τοῦ χαραὶ καὶ ἡδοναὶ, καθ' Ὅμηρον δὲ αἱ μάχαι; Sch. B² ἤτοι μάχαι (de pugna agonistica ut O. VIII, 58?), ἢ χαραὶ καὶ νῖκαι. — In Ambrosiano, ubi χάρμα legitur (in textu et in margine), Sch. ἔπειτα χάρμα: νῦν ἀντὶ τοῦ χαρά. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ τῆς μάχης. οἱ δὲ περὶ Ἴβυκον καὶ Στησίχορον χάρμην τὴν ἐπιδορατίδα φασίν: — Etiam apud Pseudo-Phocylidem (110) μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ hoc de laetitia. Pluralis apud Homerum non exstat, sed bis apud Lycophronem. Χάρμα neutrum de victoriis Pindaro frequentatur. Tamen nihil movendum esse existimo, etsi dualem reponere facillimum esset, et posset vel defendi ἄλλαι (sc. νῖκαι) ἐγένοντο χάρμα (nom. sing. „gaudium"). Simili corruptione in A τᾶδε pro ταὶ δὲ legitur. — Paraphr. B καὶ ἄλλαι δὲ χαραὶ ἐγένοντο habet, diserte addens, ἐγένοντο χάρμαι in sqq. subaudiendum esse, ubi in A pertinaci vitio recurrit ὑπακουστέον δὲ τὸ χάρμα. — Cf. O. XI, 5.

89 Heynianam omissionem particulae δ' Ambrosianus (cum paucis aliis) comprobat, et in textu et in lemmate clarissimi Scholii τὰ β̄ μία ἐστὶ περίοδος, ubi in A (ut vs. 84) β̄ omissum est. In eodem Scholio et οἷον (θαυμαστικῶς) et οἶον (μόνον) scribi posse dicitur. Psilosin nullus quod sciam ms. exhibet, eamque ineptam esse dicit Sch. B qui praeterea δὲ in paraphrasi habet. — Si οἷον exclamantis est, fortior, si comparantis, ferme necessaria est omissio particulae. — De iunctura versuum in A vide meam Ep. ad Fr. p. 34 sqq.

89 Ahrens: „cum exuvias puerorum dedicasset, i. e. lanuginem primum cultro tonsam; cf. Anth. Pal. VI, 198. 161", σῦλα = σκῦλα.

91 Fuerit ὀξὺϝρεπεῖ, correptâ ante mutam cum liquida syllabâ, ut ἀπὸϝρηγνύμεναι P. IV, 198; ἔϝριπτον ib. 240; ἐξὲϝρειψαι ib. 264; ἀπὲϝρειψεν P. VI, 37; et inter voces ὀρθαῖσῐ ϝραδαμάνθυος O. II, 75; ὁ δὲ ϝραδάμανθυς P. II, 73; ὑπὸ ϝριπαῖσι N. I, 68. Non minus frequenter hac syllabae positione productae inveniuntur: ἄϝρηκτον I. V, 47; ἔϝρειψε I. VI, 44; porro δε ϝρίψαις P. I, 45; μηκέτῑ ϝρίγει N. V, 50; ἐπῑ ϝρηγμῖνι N. V, 13; ἕλκεᾱ ϝρῆξαν N. VIII, 29, et fortasse πολλᾱ ϝρέποι O. VIII, 23. et I. III, 36 ἄνθησῑ ϝρόδοις.

91 sq. Ht. δόλῳ τ' ἀπτῶτι laudans librum suum de Partt. I, 116 sqq.

93 ὄσσα] gl. F θαυμαστικόν. — Sch. A[1] σὺν βοῇ τῇ τῶν θαυμαζόντων — Sch. A[2] μετὰ πάσης βοῆς παρόντι αὐτῷ ἐπήχουν πάντες καὶ ἐθαύμαζον — Sch. B μεθ' ὅσης βοῆς . . . μεθ' ὅσων ἐπαίνων . . . βοᾷ δὲ ἀντὶ τοῦ μεγάλῃ βοῇ. τὸ γὰρ ὄσσᾳ, θαυμαστικῶς. — Ii qui ὄσσα i. e. φήμη substantivum esse voluerunt, comparare poterant λιτὰς θυσίας et λιτὰς ἐπαοιδάς (O. VI, 78; P. IV, 217) similiaque Latina (ut „proclia pugnas“, „turbas lites“) de quibus agit Lachmannus ad Lucr. 2, 118.

94 In B supra λλ vocis κάλλιστα signum[:] metricae offensionis invenitur. — Mira est lectio a κάλλος cum nota correptae syllabae primae.

95 Pro τὰ δὲ Ht. ἃ δέ.

96 De πανάγυρις et πανήγυρις vide ad P. XI, 8.

97 Sch. D ad Nem. X, 82 ὁπότε εὐδιανόν ubi B ἐπεὶ ὁπότε εὐδιανόν habet. Apparet hunc versum e memoria minus accurate laudatum esse.

98 Erat cum ex Sch. B μαρτυρεῖ δὲ τῇ αὐτοῦ ἀνδρείᾳ ὁ τοῦ Ἰολάου τάφος ἐν Θήβαις colligerem hos αὐτοῦ legisse et hunc genitivum cum ἀγλαΐαισιν coniunxisse. Sed cum illa sunt nimis ambigua tum haec habet Ambrosianus: σύνδικος: σύμψηφος. σύμφωνος. τὸν τῶν ἡρακλείων δὲ ἀγῶνα βούλεται δηλῶσαι. παρὰ γὰρ τῷ κοινῷ σήματι ἀμφιτρύωνος καὶ ἰολάου ἄγεται*) τὰ ἡράκλεια. ὁ δὲ νοῦς οὗτος· σύμφωνος δὲ τῶν προειρημένων ἀγώνων καὶ τὰ ἰόλεια (ita). ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀγῶνι συνδικούντων ἀλλήλοις**). τύμβον δὲ λέγει τὸ κενοτάφιον: ∼

98 Ante 'I in nominibus propriis Ἰάλυσος, Ἰλιάδας, Ἰόλαος, Ἰσθμός, Ἰωλκός (ut mittam certo digammatum Ἰδαῖος O. V, 18) aliqua consonans fuisse videatur consideranti exempla O. VII, 78; IX, 112; (P. IV, 188;) P. IX, 79; N. III, 34; (N. IV, 54;) I. I, 9. 16. 32. Cf. etiam de ἶσος N. VII, 5; X, 86; XI, 41; I. V, 32; de ἴδιος O. XIII, 47 et vide Bö.[1] ad O. VII, 2 et Metr. p. 310 sq. Expl. p. 217. Sed etiam syllabae ῳ et ᾳ passim non corripiuntur ante vocalem; cf. ad O. XIII, 34.

99 De ἐνάλιος vide ad P. II, 79. — Cf. etiam ad O. II, 65.

99 Additamentum μέμικται, prava recordatione versiculi O. I,

---

*) Nota praesens; in B est ἐπετελεῖτο. Quippe Vaticana recentiora sunt Ambrosianis.

**) cod. συνδιοιχούντων ἀλλήλοις (non ἀλλήλων), i. e. post corr. συνδικούντων cum v. l. συνδινούντων.

91 in ἀγλααῖσι μέμικται exeuntis huc delatum, rursus aliquam solius Ambrosiani cum Thomanis convenientiam prodit, ut et fidem lectionis αἰεί vs. 83 labefactet.

100 De novatione Hartungiana vide ad vs. 18.

102 Optimam Bergkii V. Cl. coniecturam confirmat optimus codex Ambrosianus. Vulgatum ὤρουσαν ἀνελέσθαι aut e gl. aut e dittographia ortum, quod cum in metrum peccare viderent Mosch. et Tricl., proximum arripientes, ὤρουσαν ἑλέσθαι scripserunt. Interpretamenta sunt περιποιῆσαι B περιποιήσασθαι U etc. λαβεῖν A — Ob vs. 83 et 89 nota vitiosam Aldinae scripturam ἀνεέσθαι.

103 Accedit quod δὲ invenitur in paraph. Sch. AB (229, 6), etsi omittitur δὲ in Sch. BU etc. 229, 3. Est ἄνευθε etiam prosae recentioris affectatae.

103 sq. Adde hanc productionis notam in B ad Sch. Germ. XXIII.

107 Etiam Sch. AB etc. σοφίαι μὲν legisse apparet.

109 Nescio an Pindarus sigmatismi causa (cf. 16 sq.) θαρρέων praetulerit. — Caeterum θαρσῶν exemplum esto scripturae Moschopuleae ut θεύμορoι; cf. ad O. III, 10.

109 Reposui coniecturam Ahrentis ingeniosissimam; qui Hesych. ἀρύει, ἀντὶ τοῦ λέγει; ἀρύουσαι, λέγουσαι, κελεύουσαι; ἀρύσασθαι, ἐπικαλέσασθαι; ἤρυσεν, ἐβόησεν; Et. M. 134, 12 ἀρύειν, ὅπερ ἐπὶ τοῦ καλεῖσθαι ἔταττον καὶ μάλιστα οἱ Συρακούσιοι· ἀρύετ᾽ ἂν φύζειν· ἀντὶ τοῦ ἐπικαλεῖσθαι καὶ ἐφέλκεσθαι laudat et conferri iubet γαῖα, αἶα; γίννος, ἴννος (vs. 76). Idem v. d. etiam ὄρθια γάρυσαι proponit l. l. — Caeterum B etiam in textu (ubi nunc charta perforata est) olim ὤρουσαι habuisse veri simile est. — Interpretamenta Sch. B ἀναβόησον et βόησον; Sch. A φώνησον; Mosch. βόησον; Thom. et Tricl. μετὰ βοῆς ὕψωσον; gl. N. μεγάλυνον. — In B etiam hoc legitur ἢ πρὸς ἑαυτὸν λέγει, ὅτι ὥρμησα ὀξέως; est enim hoc Vetus Scholion; vide Sch. Germ. p. 47. — Rarissima vox ὠρύεσθαι ab hoc loco aliena videtur esse.

110 Causam non video cur Moschop. et Tricl. δαιμονίως dederint; cf. ad O. VII, 47.

111 Interpunctio fluctuat: γεγάμεν. εὔχειρα δεξιόγυιον. ὁρῶν|τ᾽ ἀλκάν. A[M?] — γεγάμεν εὔχειρα. δεξιόγυιον. ὁρῶν τ᾽ ἀλκάν. BCEπμ′ — γεγάμεν εὔχειρα. δεξιόγυινον ὁρῶν|τ᾽ ἀλκὰν. GOZ — γεγάμεν εὔχειρα δεξιόγυιον. ὁρῶν|τ᾽ ἀλκάν. Nq. — γεγάμεν εὔχειρα. δεξιόγυιον, ὁρῶν|τ᾽ ἀλκάν. *a* — γεγάμεν εὔχειρα δεξιόγυιον ὁρῶντ᾽ ἀλκάν. DFPQVXΘ — omnino nulla in UΣ — Sciendum est Scho-

liastas ὁρῶντ' pro ὁρῶντα habuisse; exponunt enim βλέποντα ἀνδρεῖον (B 230, 36) sive βλέποντα ἀνδρικῶς (A ib. 34) idemque circumscribit B 230, 21. Quare merum vitium esse videtur quod in gl. A βλέπτων (sic) ἀνδρικὸν ἢ θαρσαλέως invenitur; nam cum τ' sequentem versiculum inciperet, videntur glossatores oscitanter solum ὁρῶν explicasse. Scripturae Hermannianae (ad Eur. Iph. Aul. 1127), δεξιόγυιον ὁρῶν τ(ε) ἀλκὰν Αἰαντέων ἐν δαιτὶ Ἰλ. ν. ε. β. nullum inter Scholia certum vestigium deprehendo. Atqui ut O. VIII, 52 ita h. l. antiquos nec auditores nec lectores Pindari latuit utrum ὁρῶντα an ὁρῶν τε dicere voluerit. Porro consensu tradita est particula τ' post Αἰάντειον. Denique δεξιόγυιον ὁρῶν ἀλκάν non magis ad ἐπεστεφάνωσε βωμόν pertinet quam δαιμονίᾳ εὔχειρα. Iure igitur suo nunc Hm. ad ὁρῶντα rediit. Sed quod idem V. Cl. distinctionem post δεξιόγυιον tolli iubet, non assentior. Sch. recte tria membra faciunt. Asyndeton autem duplex praestat simplici.

112 Primum tenendum est pronomen relativum in nullo bono codice reperiri, tum δαιτὶ in omnibus, δαίθ' quae elisio dativi apud Pindarum inaudita est (cf. ad O. VIII, 52) in nullo, deinde et bonos quosdam libros et Scholiastas AB diserte testari, nomen Aiacis h. l. non ab Οἰλ. (ὀϊλ.) sed ab Ἰλ. incepisse. Vocalem autem ante compluria eiusmodi nomina hiatum non fecisse supra observatum est ad vs. 98. Quorsum id spectet, utrum ad digammi usum*), an ad aliud quid, equidem non diiudicaverim. Sed res ita se habet.

Pronomine relativo opus non est.**) Amat Pindarus carmen brevi sententia concludere, quam quasi epimetri loco addit, nec semper hae clausulae, ut h. l., particulis***) cum antecedentibus copulantur. Vide exitum odarum O. III; XIII; P. V; I. III; V. Quin mihi potius frigere haec videntur, addito pronomine, siquidem res facta cum generalioribus illis εὔχειρα etc. parum recte per ὅς composita fuisset.

Sch. A non habet pronomen relativum in paraphrasi sed recta

---

*) Credas Ὀϝιλεύς et Ϝίλευς digammata fuisse, ut ϝός et ἑϝός, ϝεῖπε et ἔϝειπε etc. Tamen in textu cautius et P. IV, 188 Ἰωλκὸν et h. l. Ἰλιάδα scripsissem.

**) Neque alio nexu, ut si quis metro invito sed facili et expedita structura ἐπιστεφανῶσαι legere vellet.

***) H. l. τε valet „praetera", „denique" ut passim quemadmodum O. VII, 78. Cf. ad O. XIV, 5.

oratione rectam exprimit: αἰάντειον βωμὸν ἔστεφε νικῶν ἐν δαιτὶ . . . τοῦ οἰλέως*) παιδός.**) Sch. B (cuius solito fusior et generalior circumscriptio est) interpretationis causa cum adderet ὅστις ἀνὴρ καὶ, Moschopulus inde***) confinxit vulgatam δαιτὶ ὅς τ' ἰλιάδα νικῶν eamque Triclinio probavit. Peius etiam Sm., δαίθ' invehens, importunam elisionem Pindaro obtrudit.

Duo praeterea Moschopulus novavit, alterum non sine probabilitate, quod Αἰάντειον in Αἰάντεον commutavit, ut ἵππειος in ἵππιος — de qua re vide ad O. XIII, 78 — ; — alterum male, quod γε δαιτὶ pro τ' ἐν δαιτὶ scripsit. Hoc enim et a legitimo praepositionis usu testibusque Scholiastis firmatum est et metro recipitur ut vs. 56 καί, ubi idem grammaticus non minus male τε interpolavit. Caeterum τε δαιτὶ ego non reperi nisi in a^{pc} idemque a Sm. ex *h* refertur. Moschopulum γε, non τε voluisse, et eo apparet, quod, cum inferret pronomen ὅστε, alterum particulae nexum tollere voluisse existimandus est, et ex ipsius paraphrasi quae solum ὅστις, non καὶ ὅστις habet.

Duae igitur huius loci scripturae fuerunt; altera vett. et Thom. ἀλκάν. Αἰάντειόν τ' ἐν δαιτὶ Ἰλιάδα; altera Mosch. et Tricl. (cum Al. Ω[Ω̣]) ἀλκάν, Αἰάντεόν γε δαιτὶ ὅστ' Ἰλιάδα. Reliquae diversitates merae videntur esse corruptelae. Οἰλιάδα, quod Böckhio ex VΣ*akn* relatum erat, nec in his est nec in ullo alio quem ipse vidi.

Cadunt igitur, me quidem iudice, omnes quae duodenarium numerum explent virorum doctorum coniecturae.†) Genitivus Αἰ-

*) cod. ἰολέου·

**) Idem Thomas (230, 14) expressit, cuius pariores libri cum vett. faciunt. Quare Thomam illius pronominis auctorem fuisse non credo, nam Al. Ω(Ω̣?) ab interpolatione recentiore non sunt liberi.

***) cf. Ep. mea ad Fr. 22. 18sq.

†) De Th. Ky. Sw. non recte retuli. Th. (1820) sequitur Hermannianam rationem primam (1817 prolatam). Ky. (1840) δαιτὶ ὅτ' scribit, synizesi, et νικῶντ', non νικῶν; ab Hermanniana altera (1822) nihil mutuatus nisi Αἰαντέων. Kayseriano invento astruens Ra. (1845) ὁρῶντ' ἀλκὰν Αἰαντέαν, ἐν δαιτὶ ὅτ' scribi posse existimat; ipse tamen, ὃς genuinum ratus ὁρῶντ' ἀλκάν, Αἰαντέων ἐν δαιτὶ ὃς Ἰλ. scribit, sed fortasse rectius elisionem δαίθ' se habere addit. Sw.[1] ὁρῶντ' ἀλκάν, Αἰαντέων τ' ἐν δαίθ' ὃς scripserat, sed postea (Sw.[2 3]) Rauchensteinium secutus est. — Tertiam rationem Hm. 1847 protulit.

ἀντίων minime placet, non solum quod omnes mss. et Scholiastae expresse accusativum comprobant, sed etiam quoniam hi accusativi *Αἰάντειον* et *βωμόν* commodissime ita collocati sunt, ut totam clausulam utrimque terminent.

OLYMPIA X.

Inscr. Bö. non sine probabilitate, sed certis quibusdam erroribus argumentationis admixtis, Ol. X et XI transposuit, praeeuntibus Mingarellio et Gurlitto. Meum est Pindarum talem edere, qualem in optimis libris traditum habemus, iis exceptis, quae falsa esse constat. Cur de illa traiectione carminum mihi non prorsus constet vide ad vs. 9 et O. XI. Inscr.

Metr. Dedi excepto initio Str. 6, schema Böckhianum. — Str. 1 extr. creticus non solvitur vs. 70, si mecum *Ἁλιρρωθίου* legis. Cf. tamen coniecturas vs. 64 et 70. — De initio Str. 6 vide ad vs. 25 et ad O. I, 80. — In Epodo plura incerta sunt. Possit dividi Ep. 1 ⏑ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑⏑ – ‖ ⏒ –́ ⏖́ ⏑ – ut etiam *πρόσω* vs. 55. teneas. Omnino haec numerorum definitio suavior (si recte sentio) quam vel Böckhiana vel Bergkiana; haec est ⏑ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ ⏑ – ×́ – ⏖́ ⏑ ⏓. Ep. 3 Bergk ita descripsit – ⏑ – ⏖́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏕ – ⏑ ⏓. Nescio an potius vs. 57 ab anapaesto (*ἀκρόθινα*) incipiat, sic ⏕ –́ ⏖́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – ⏕ – ⏑ ⏓. Ep. 4 et 5 coniungi possunt. Ep. 8 et 9 ita definivit Bg. – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏖ –́ ⏑ – ‖ ⏓ –́ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ ⏓. Mihi hi potius numeri constituendi videntur esse – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓ ‖ ⏑ –́ ⏑ ⏓ | ⏕ –́ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ ⏓ ut seorsum efferantur gravissima epitheta *πελώριον, ἀλώσιος, ἀγώνιον, χλιδῶσα* (*δὲ*), *ἀναιδέα*; atque ut extremi versus principium idem sit cum principio vs. tertii (⏕ –́), abs qua licentia non abhorret vs. 99 – –́ ⏑ – pro ⏑ ⏑ –́ ⏑ – in nomine proprio. Qua divisione admissa Epodus undecim versus habebit. — Hm.[3] (1847) multa novavit. Primum Ep. 8 et 9 aliter divisit: – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏖ –́ ⏑ ⏑ – –́ – ‖ ⏑ ⏖́ –́ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ –, legens vs. 62 *ἅρμασιν* et satis audaci verborum traiectione

admissa vs. 104 sq. ἅτε Γανυμήδει ἀναίδητον πότμον; dubitansque an de priore horum versuum (cum et ipse septendecim syllabas haberet) locutus esset Sch. A ad πελώριον vs. 21. Tum Ep. 3 et 4 aliter descripsit – –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ ⏖ –́ ⏑ ⏖ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –́ ⏑ ⏑ – – ‖ ⏑ ⏑ –́ ⏖́ ⏑ – – ideoque Κυκνεΐα (15), πολυκτέανον (36) sine synizesi, πάϊδ' (99) scribit, et non satis probabiliter cum vs. 57 βωμοῖσιν ἀκρόθινα διελὼν ἔθυέ τε πενταετηρίδα τ' ἔστασεν ἑορτάν (eiectis verbis ὅπως ἄρα) tum vs. 78 ἀρχαῖς ἑπόμενοι δὲ προτέραις ἔτι νῦν ἐπωνυμίαν χάριν ἀλκᾶς ἀγερώχου coniicit. Denique idem Vir Summus, initio Str. 6 spondeum vs. 48 et vs. 90 removere cupiens, illic ἀγάλλων pro τιμάσαις, hic θανόντι pro θνάσκοντι proposuit. Vide supra.

2 Ante πόθι plene dist. BQ commate Aμ' aliique cum plurimis impressis. Non dist. rell. mss. Di. Sw. Ht.

2 In fragm. Soph. Triptol. apud Sch. 238, 14 in BU σὲ δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους legitur; in A οὐδ' αὖ φρενὸς ubi ex Ạ οὐδ' αἳ φρενὸς relatum est. Scribitur nunc Θὲς δ' ἐν φρενός.

3 Sch. B 238, 25 et 239, 1 utramque iuncturam vocativi ὦ Μοῖσ' praestare videtur.

6 Gl. A ἐπίπληξιν, τὴν ποιοῦσαν ἀλιταίνειν εἰς τοὺς ξένους καὶ τοὺς φίλους. Recte. — Tricl. (ad Sch. B accommodatum) τὴν ἁμαρτάνουσαν εἰς τοὺς ξένους καὶ τὴν ἐπενεχθησομένην μοι ὡς ἀλιτῶντι καὶ ψευσομένῳ περὶ τοὺς φίλους.

8 Emendationem Böckhianam tuentur corruptiones similes, ut P. IV, 46 τίκτει in optimis est pro τίκτε; cf. P. IV, 26. 30. 163; etiam O. VI, 41; P. VIII, 78; N. IV, 47; V, 22. 45. al.

9—12. Alia tentamina γε τόκος ἀνδρῶν Ky.[1] Fr. Ms.*) Sdt. — γε τόκος. ἄθρει Ra. — τόκος. ἄθρησον Ky.[2] — τόκος. ὁρᾶτ' ὦν Sw.[2,3]; cf. Wi. in Ph. VI, 668. — τόκος ἕνα̣. τᾶ̣ νῦν ψᾶφος ἑλισσομένα „quare age nunc cura ut calculus per abacum volutus aeris alieni acervum destruat“ Bg.[2] Ego id quod scripsi ex Sch. A corrupto hausi. Leguntur enim 240, 12 haec ὁ δὲ ὀφείλων ἐπάδων (ita Ạ; ex A enotavi „aut ἐπάδων aut ὀπάδων“) τόκων ἄμεμπτος γρ. quae confusa videntur esse e verbis Scholiastae ὁ δὲ ὀφείλων ἀποδοὺς τόκον ἄμεμπτος (sc. ἐστιν) atque notula critica ἐπά̣δων (ὀπαδῶν) γράφεται. Iam aut ὀπαδῶν (ὀπαδέων) i. e.

*) in Sch. Germ. p. VI ubi oblitus eram Kayseri et Palatini C et nondum legeram Friederichsii disputationem in Ph. XV, 33 sq.

„comitans“ aut ipsum ἐπᾴδων (i. e. demulcens, θέλγων) scribendum erit. Illud antiquam corruptionem facilius explicat, nam ΘΝ et ΟΠ ac vetustae ligatae θν et ὀπ in quodam literarum genere simillimae sunt. Verissime Hm[2] verebatur „ne lateret hic literarum similitudine obscuratum epitheton“. Videtur enim τόκος frigere sine epitheto, genitivus autem, sive ἀνδρῶν sive θνατῶν scribis, aut obscurus et perversus aut cum ἐπιμομφάν coniunctus supervacaneus; articulus vero, etsi ita defendi possit ut hoc decimum carmen τόκος appelletur (cf. mea in Rh. IV, 550), minime necessarius, et, si τόκος est O. XI, alienissimus esse. Neque γε post ἐπιμομφάν recte collocatum est, neque hoc γε lemmate Ambrosiano ubi idem post ὅμως δέ apparet, comprobatur; lemmati γε e glossa adscriptum est, vel e v. l., nam ὅμως γε haud displiceret. Nihil igitur tribuendum est neque invento Byzantiorum neque ei quam certatim arripuimus scripturae Semi-Byzantinae γε τόκος ἀνδρῶν. — Non rectius Ra. aliique ἄθρει vel simile quid reposuerunt. Nam Sch. A B*) expresse testantur ellipticam sententiae νῦν ψᾶφον etc. rationem, quam post luculentissimas Scholiastarum et God. Hermanni**) Tafeliique expositiones ab interpretibus***) non intellectam esse mireris. Subest enim locutio rarior νῦν ὅτε pro ἔστιν ὅτε de qua satis constat, et ὅπᾳ Pindaricum est pro ὅπως (cf. 56. 57 et ad N. I, 35), ut νῦν ὅπᾳ coniunctum respondeat locutioni ἔστιν ὅπως†). Sensus est: „Est quomodo lapillum volutatum fluens unda auferat; [est vero] etiam quomodo commune „verbum [nostrum poeticum]††) in amici gratiam [restrictum] persolvamus“ i. e. „Unda, quae lapillum in ripam eiecit, ipsa optime scit quomodo eundem rursus auferre possit. Sic poesis mea vituperationem quam contraxit nomenque quod fecit ipsa optime scit quomodo depellat atque expediat, communi vatum sermone

---

*) B 240, 15 sqq. et B ib. 26 sqq. quae etiam in A leguntur.

**) ad Viger. p. 919. et (1817) in ed. Hy. collatis locis Aeschyleis Sept. 711 et Suppl. 638; Soph. Ai. 802; Horat. „Est ut viro vir“ etc.

***) Excepto Schneidewino, qui ad Scholiastarum interpretationem imaginis regressus est. Sed quod κατακλύζει et ὅπα δὲ coniicit, non assentior.

†) Licet Sch. (AB νῦν οὖν σκοπήσωμεν, ὅπως) ellipsin ita potius explicet, ut „Nunc ut“ fere idem valeat cum exclamatione „Utinam nunc“ subaudito „vide“, „cura“ „age“ etc. Quo sensu cohortativo ὅπᾳ (ὅπως) accipitur ab Ah. Sw. Fr.

††) de λόγον video errare Kayserum aliosque; cf. ad O. VII, 90 sq.

nunc in solius amici (amicorumve) gratiam persoluto". Poeta haec non explicare sed pro sua breviloquentia ingeniosa contrahere voluit. Quapropter recte Scholiastae et h. l. et ad N. I, 24 saepiusque observant, imaginem solam prolatam esse, rem vero, ad quam imago spectet, non expressam. — Quaecunque in hac verborum conformatione exquisita sunt atque ipsa novitate et alacritate lectorem captant, pessumdedit Ht. cum scriberet τόκος ὀνάτωρ νῦν, ψᾶφον ἑλισσομέναν ὅταν κῦμα κατακλύσσῃ ῥέον, ὅταν τε κτλ. Orationis vigori vel ii qui ἄθρει etc. addunt aliquid videntur detrahere. — Quodsi recte scripsimus τόκος ὀπαδῶν, superest quaerere, utrum carmen intelligatur. Credo undecimum parvum, quocum maius decimum restituetur, ut caput cum usura, quae illud comitatur. Nullum autem aliud carmen quam parvum undecimum, quod maiori epimetri loco additum esse reor, unquam nomine Τόκου appellatum fuisse, utriusque carminis Inscriptio ostendit, de qua Bö. Vir Summus egregie fallitur. Nam ἀρχὴ τόκου et ἀρχὴ ἐργοτέλους in codice Parisino [V] opponuntur subscriptionibus τέλος τόκου et τέλος ἐργοτέλους in eodem codice [V] aliisque, ut ἀρχὴ Πινδάρου, ἀρχὴ Πυθίων etc. subscriptionibus τέλος Πινδάρου, τέλος Πυθίων etc. Tantum igitur abest ut ἀρχὴ τόκου „prooemium alius carminis quod τόκος appellatur" significet, ut illud ipsum odarium τόκον appellatum fuisse confirmet. Cf. Sch. Germ. p. XV sq.

13 Nexum hunc esse existimo. „Facile debitum carmen Musa mea amicis persolvere potest. Nam multae sunt Locrorum laudes". Possis quidem eo referre κοινὸν λόγον ut sit „communis omnium Locrorum fama" sed hoc mihi minus aptum videtur eo loco positum, ubi omnino de se suaque arte loqui videtur. — Insolentiorem formam accusativi pluralis πόλῑς pro πόλιας multam Veteribus interpretibus molestiam creasse apparet; hinc tres scripturae apud Sch. Vett. ἀτρέκειαν πόλις, ἀτρεκείᾳ πόλις, ἁ τραχεῖα πόλις, quae perinde in metrum peccant, ortae. Vulgata metro sufficit, sed iam olim videtur numerorum causa excogitata esse. Cf. ad O. I. 28, et P. III, 112.

10 extr. et 12 ext. interrogationis signa primus posuit Philippus Melanchthon, post hunc Sm. Ox. Hy.[1] Be. Gu. Bö.[1 2] Di. Bg. Sw.[1] Quaestionem directam ab ὅπα alienam esse viderunt St. Bd. Hy.[2] Hm.[2] Th. Aw. Ta. Ky. Ah. Ra. Sw.[2] Bg.[2] Ht. Fr. — Caeterum non solum Ht. sed iam Lu. Po. Bth. Ky. satis dure haec verba νῦν ψᾶφον cum antecedentibus coniungebant, ut Ln. „Nunc foenus

quaerimoniam restinguet, quando (ubi) inundans fluctus etc." quae ratio simillima est Kayserianae et Hartungianae. — Plurimi interpretes (St. Bd. Hy.[2]) ellipsin verbi ἴδωμεν, σκοπήσωμεν cum Sch. Vet. statuebant; de aliis vide supra ad vs. 9.

15 Κύκνεια Hm.[123] (1798. 1809. 1817) — Κυκνέϊα Hm.[4] (1847). Vide ad Metr.

20 sq. Ky. θήξαις δὲ φυᾷ κρατερὸν ποτὶ πελώριον ὥρμασε κλέος coll. O. IX, 100. — Ra. θήξαις δὲ φυὰν ἀκόνᾳ vel θήξαις δέ μιν ὥτ' ἀκόνᾳ coll. I. V, 73. Non opus. Lectionem a Ceporino et Heynio e Sch. Vet. (B) erutam optimi (non plurimi) mss. confirmant. — θῆξαι δέ κε φύντ' ἀρετᾷ π. π. ὁρμᾶσαι Ht. contra mss. et Sch. — Lectionem interpolatorum ὥρμασε Bg.[1] reduxerat, de sententia Ta.

21 Sch. A πελώριον: τὰ β̄ μία ἐστὶ περίοδος ιζ̄ συλλαβῶν. „Notula eximia". Vide ad O. IX, 84. 89.

21 Pluralem παλάμαις in optimo codice paucisque aliis inventum nescio an quis praeferat, coll. Ζηνὸς παλάμαι (P. II, 40), παλάμαις Διός (N. X, 65) etc. Sed singularem tuentur Sch. BC etc. et σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ O. IX, 26; cf. P. I, 44.

22 χάρμαν Ht. coll. O. IX, 86. At χάρμα de victoria non solum I. IV, 54 sed etiam P. VIII, 64; N. III, 66.

23 Scriptura AA (vitiosa, ut arbitror) non persuadet fuisse qui ἐτέων legerunt, sed fuisse videntur qui ἔργων προπάντων cum ἄπονον coniungerent. Vide Sch. Germ. p. 50.

25 Postquam Böckhius de hoc loco desperavit*) diu critici ab emendandi periculis deterriti sunt, donec primus Kayserus (1840) locum iterum aggressus est, quem secuti Bergkius (1842) et Rauchensteinius (1844 et 45) rectam emendandi viam ingressi optime quidem meruerunt sed tamen opus non perfecerunt. Quin Bergkius secundis curis (1853) a scopo aberravit, ut et ipse erravi in Sch. Germani (1861) p. 51. Egregie autem cum G. Hermannus, interpolationem „Triclinianam" defendens, falsus erat

*) Vir Summus primum (1811) cum Pw. et Hy. bonorum librorum lectionem βωμὸν ἑξάριθμον Ἡρακλέης pro vetusto glossemate ex O. V, 5 petito habuit quod „vel ante Sch. Vet." libros invaserit, sed nihilominus etiam interpolatae lectioni diffisus (ob hiatum, etsi is tolerabilior esset, et ob dialecticam formam βίη) neminem dicit inventurum esse quid Pindarus scripserit. — Tum (1822) § 25 p. 325 „hunc locum adhuc exspectare eum qui emendet".

(1847*) tum maxime Hartungus (1855), interpolatoris interpolatorem agens, praeeunte Ahlwardto.**) Hos ut mittere liceat, caeterorum rationes breviter percensebo. — Ky. ἔθηχ' ἐξάριθμον Ἡρακλέης expulso βωμῷ ut vocis σάματι glossemate, et pro ἐκτίσσατο substituto ἔθηχ', coll. fr. 252 et O. III, 22. — Bg.[1] (Ra.[1]) πατὴρ ἐξάριθμον ἐκτίσσατο de ipso Iove qui filium certamina Olympia instituere iusserit; esse incommodum Herculis nomen (statim infra vs. 30 repetitum) atque non minus incommodum medium verbum nam requiri potius ἔκτισεν ut O. VI, 69. — Ra.[2] τὰ πρῶθ' ἐξάριθμον ἐκτίσσατο; rarissimam formam mediam non esse sollicitandam; voluisse Pindarum hic tradere qui fuisset ab initio numerus certaminum ab Hercule institutus; periisse igitur significationem temporis antiquissimi et initii quod oppositum esset illi rationi quae Pindari aetate constitisset. — Bg.[2] σταθμῶν' Ἡρακλέης ἐκτίσσατο; ex σταθμῶν' factum esse σταθμὸν commune, huic appositum fuisse βωμόν, hoc coniunctum βωμὸν σταθμὸν corruptela abiisse in βωμὲν ϛ' ἀριθμόν, hinc fluxisse traditam lectionem; ad formam σταθμῶν' redire Hesychii glossam σταθμόνες] φλιαί — Ms. (Sch. Germ.) regressus ad Kayserianam emendationem ἵδρυσ' ἐξάριθμον Ἡρακλέης expulsis glossematibus βωμὸν (βωμῷ) et ἐκτίσσατο quorum hoc sede, illud lectione fluctuans corruptelam prodat.

Sic nodum in scirpo quaesivimus. Multo res simplicior erat. Ambrosianus ostendit nomen ἡρακλέης explicationis causa***) male additum fuisse post ἐκτίσσατο, ubi adhuc in tribus optimis inveni-

---

*) Putabat vir immortalis, βωμὸν ex interpretatione tumuli Pelopis, ἐξαριθμον autem ex glossemate vocis ἐξήριτον ortum esse, nec „Triclinium" peccasse nisi dialecto sola, cum βίη Ἡρακλέος scriberet. — Nihil credo tribuendum esse mss. qui inter ἐξ. et ἑξ. fluctuant, nam vetustius est expressum Sch. Vet. testimonium de ἐξάριθμον.

**) Aw. „alterum Scholiastam ἰσχὺς legisse" putabat. In eundem errorem incidit 35 annis post Hartungus, sed, quae eius est confidentia, in textum invexit ἰσχὺς Ἡρακλέος. Scilicet hi viri docti non intellexerunt, βίη Ἡρακλέος non Triclinii sed Moschopuli commentum esse, atqui Scholion laudatum ad Moschopuli Commentarium perpetuum pertinere, igitur consentaneum esse textum βίη Ἡρακλέος per interpretationem ἰσχὺς Ἡρακλέος explicatum esse. Fraudem ne faciat notula Tricliniana (ut fecit vel Hermanno), vide Sch. Germ. p. 64, not. 3. — Id autem inter illius et nostrae aetatis hariolatores videtur interesse, quod illi aliquanto saltem modestiores fuerunt. Verum qui probe quaerit, non vult semper videri invenisse.

***) de sententia Rauchensteinii Co. I, 31.

tur, cum reliqui veteres idem ante ἐκτίσσατο interpolatum exhibeant. Ostendit etiam βωμῶν insolentius cum adiectivo ἑξάριθμον coniunctum perperam cessisse in βωμῷ et βωμόν. Verum igitur est quod olim conieci, sed tum, quoniam structurae βωμῶν ἑξάριθμον audaciori diffidebam, palam facere non audebam[1]). Apparet rectissime Kayserum ἑξάριθμον Pindaro e Sch. Vet. vindicasse, verissime etiam Bg.[1] de otiosa nominis Herculis additione admonuisse, optime denique Ra.[1] (in Comm. I, 30 sq.) de more poetae disputasse de quo nomina in exitu sententiarum proferantur, collatis O. VII, 13 sq.; P. XI, 15 sqq.; I. III, 71 sqq.; P. X, 12 sqq.; Horat. Od. III, 4, 64 sqq. — Sed omnes critici id πρῶτον ψεῦδος commiserunt, quod βωμῶν (βωμῷ, βωμὸν), disertissimo Scholiorum et omnium bonorum librorum testimonio comprobatum, citius, numerorum causa missum fecerunt. Alterum ψεῦδος inde suspensum erat, quod (post Kayserum) ἑξάριθμον ad sex certaminis genera (cf. 64—72), non cum Sch. ad sex aras geminas, quae „circulum“ illum nobilem et circumdabant et formabant, redire voluerunt. Apponam Scholiorum testimonia:

A[2] βωμῶν (et βωμὸν) ἑξάριθμον: ἐν τοῖς ἓξ βωμοῖς δώδεκα[2]) [θεοῖς] ἡρακλ[ῆς] ἔθυεν, περὶ ὧν εἴπαμεν. ἓξ γὰρ βωμοὺς ἔκτισεν ἡρακλ[ῆς], ἡνίκα τοὺς ποσειδῶνος παῖδας ἐφόνευσε, κτέατον καὶ εὔρυτον. τῷ (et τὸ) γὰρ δοκεῖν ἦσαν ἄκτορος καὶ μολιόνης: —

A[1] ὂν ἀρχαίω σώματι: τὸ αὐτό ἐστι τό τε μνημεῖον (s. μνῆμα) τὸ τοῦ πέλοπος καὶ ὁ βωμὸς οὐ τὸν ἐτέρωθι μόνον ὁ πέλοψ, παρ' ἑτέρωθι δὲ ὁ βωμός: — Hoc corruptum emendatius legitur in

B[1] ὂν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ πέλοπος βωμῷ. τὸ μνῆμα [τοῦ] πέλοπος, τὸ αὐτὸ τῷ βωμῷ. οὐ γὰρ ἑτέρωθι μὲν ὁ πέλοψ, ἑτέρωθι δὲ ὁ βωμός· ἀλλ' ἓν καὶ [τὸ] αὐτὸ χωρίον ἐστί, σῆμα καὶ βωμός. ἑξάριθμον[3]) δέ, ἐπεὶ τῶν ιβ[4]) θεῶν, ἓξ βωμοὺς κατεσκεύασεν. [B[2]] ὁ δὲ νοῦς·[5]) ὅν τινα ἀγῶνα πλησίον τοῦ ἀρχαίου σήματος καὶ τάφου, ἓξ βωμῶν[6]) ἀριθμὸν ἔχοντα,[7]) ἱδρύσατο καὶ κατεσκεύασεν[8]) ὁ[9]) Ἡρακλῆς, ἡνίκα κτλ.

---

[1]) Vide Ep. ad Fr. p. 8 not. extr. [2]) cod. A δεδῶ
[3]) ἐξάρ. E[a]F [4]) δώδεκα EF
[5]) ὁ δὲ νοῦς B Ro. — Ἀρχαίῳ σάματι] F — Ἄλλως· [ἀρχαί]ῳ σάματι. E — ἄλλως. τῷ σώματι. U [6]) βωμῶν BE Ro. — βωμὸν F
[7]) ἔχοντα, ἕκτον βωμὸν ἱδρ. BEFU Ro.* (Hy. ἑκτ. β. uncis includit; Bö. delet). [8]) κατεστήσατο ἡρ. EFU — [9]) [ὁ] om. EF.

Hinc facile colligi potest fuisse qui βωμῷ scriberent, hac fortasse cum distinctione ἀρχαίῳ σάματι, πὰρ Πέλοπος βωμῷ, ἑξάριθμον κτλ. ut πὰρ Π. βωμῷ explicationis causa additum esset et ἑξάρ (de altaribus) ad ἀγῶνα pertineret; ubi hiatum excusare posset dativus in ωι exiens, de qua re vide ad O. XIII, 34. Sin videretur singularis potius Scholia (et A^1 et B) male invasisse, ut in A^1 bis οἱ βωμοί et in B bis βωμῶν scriberes, haec sumtio nimis audax esset. Sunt potius B^1 et B^2 male confusa, ut B^1 et A^1 βωμῷ, B^2 et A^2 βωμῶν et legisse et explicavisse videantur. Illud autem ἕκτον βωμὸν, quod in B^2 infarsum deprehendimus, infelix videtur esse Scholiorum cum textu (βωμὸν) conciliandorum periculum.

Ex his tria efficias: 1, hos Scholiastas aut βωμῷ aut βωμῶν legisse; 2, omnes legisse ἑξάριθμον; 3, omnes hoc epitheton non ad sex certaminis genera sed ad sex altaria retulisse.

De ἑξάριθμος non est ut dubitemus. Plurima quidem composita a voce ἀριθμός sic formata recentioris aetatis sunt, sed ἀνάριθμος et τοσουτάριθμος iam apud Pindarum et Aeschylum etc. inveniuntur. Videtur autem maxime poeticus ille genitivus, lyrica audacia ad similitudinem locutionum χρόνος ἀνήριθμος ἡμερῶν (Soph. Tr. 247) applicatus, de quibus vide Ma. Gr. Gr. § 339. Cf. etiam P. IX, 58.*) — Ἀγών autem proprie est „area rotunda", ut ἀγορά (der „Ring"); cf. ἀγώνιοι θεοί i. e. duodecim Olympii apud Aeschylum (Ag. 499. Suppl. 175. 209. 318. 341.). Interpretes cum ἀγῶνα de certamine intelligerunt, tanto magis in audaci genitivo βωμῶν explicando haeserunt. — De forma ἐκτίσσατο compara O. IX, 45 et omnino de mediae formae usu Pindarico vide ad P. I, 24. — De spondeo pro trochaeo ad O. I, 80. Facile esset ἑδρᾶν vel (ad ἀγῶνα appositum) ἕδραν coniicere, sed non opus est novatione.

Unum restat. Mos est poetae, non solum ut nomina in exitu sententiarum proferantur (Ra.), sed omnino subiecta in fine longarum periodorum collocare, ut poeta vi quadam peculiari audientium animos suspensos teneat. Cf. I. V, 30. 35. 40. 62; fr. 58, 5—8; O. X, 34; XII, 6; XIII, 17; P. II, 41; XII, 17; N. V, 12; I. I, 30 sq.; VII, 10. Neque animadvertisse videntur vv. dd., quamquam id bene legenti hos numeros cuique obvium est, qua cum arte persaepe lyricus poeta gravissima arsi ad certas quasdam

*) Addi potest fortasse πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνθρώπων apud Aesch. Pers. 427; nisi malueris β. ἑξ. ἀγ. explicare cum Herm. ad Vig. 891.

orationis partes efferendas usus sit. Ut h. l. nomen Ἡρακλέης primam syllabam post sedatiora metra summa cum vi elatam habet, ita N. XI, 16 novum illud et ingeniosum γᾶν in eandem primam vehementioris rhythmi dactylici arsin incidit, ut ipso tono quasi feriat et percutiat audientem. Vide etiam Epist. ad Fr. l. l. et ad N. XI, 16.

33 Solum Thomanum Scholion (244, 28) συμμαχοῦντες οὗτοι Αὐγείᾳ ἔν τινι τόπῳ τῆς Ἤλιδος λοχήσαντες τοῦ στρατοῦ τὸ πλεῖστον διέφθειραν confirmat coniecturam Heynianam ἥμενοι. Omnes mss. cum Sch. B[1] (245, 25) et Comm. Mosch. (ib. 31) lectionem ἥμενον tuentur, neque quidquam de Molionidarum insidiis apud Pausaniam (II, 15; V, 2) et Apollodorum (II, 7, 2) expresse traditum habemus. Ambiguum etiam Sch. B[2] (246, 3; cf. 245, 5) cui simile est quod solum in A legitur (246, 8 sq.) nisi quod ibi ἐφόνευσαν est pro ἀπέκτειναν. Quare nescio an recte Ky. et Ht. ἥμενοι reposuerint, quod Ht. („tranquille in convallibus Elidis per inducias considentem“) rectius quam Ky. („ita inclusum ut nullum daretur effugium“) intelligere videtur. — Hm. (de dial. Pind. p. 12) ἀμμένον scribi voluit, coll. I. III, 30.

40 Cf. ad O. VIII, 68.

41 sq. De ἀβουλίᾳ et ἀντάσαις Byzantiorum emendationes fere videntur esse accipiendae. Cf. P. VIII. 59.

46 Conieci aliquando διέκρινε, δάπεδον δ' ἐν κύκλῳ.

51 Adverbium νώνυμνον prorsus Pindaricum est (cf. ad O. VII, 47) nec sine causa placebat Böckhio. At Sch. Vett. 249 12 sqq. nec quidquam de hac lectionis diversitate produnt, et verba τοπρότερον γὰρ οὐδεμίαν εἶχε προσηγορίαν, ἕως ἐβασίλευσεν ὁ Οἰνόμαος, ἀλλὰ κρημνὸς οὖσα (sc. ἡ χώρα) καὶ ἀοίκητος ἐξέκειτο τοῖς πολλοῖς ὑετοῖς καὶ ὄμβροις. (B) ad νώνυμνος potius referri videntur. Sch. A (ib. 19 sq.) ambiguum est. Thomanum autem (ib. 25 sqq.) νώνυμνον (sc. μέρος) et ᾶς genitivum (sc. χώρας) simul profert, de structura sine dubio falsus. Vett. id tantum ambigebant, utrum verba βρέχετο π. ν. de veris nivibus an metaphorice de silentio ignobili (cf. I. IV, 51; fr. 269) intelligi debeant. Quae altera opinio et cum νώνυμνος adiectivo factitivo quod dicunt et cum adverbio νώνυμνον conciliari potest, ita ut νώνυμνον βρ. π. ν. idem sit cum βρ. πολλᾷ ἀνωνυμίας νιφάδι.

52 Cf. ad O. XIII, 103.

53 sqq. Ht. ὁ δ' .... χρόνος τόδε σαφανὲς ...

58sq. Ht. πρώτα. νικαφορίαισι δὲ τίς δὴ ....

63 Ky. ἀμώνιον ἄλιξιν θέμενος εὖχος ἔργῳ καθελών; (coll. Hesych. v. μωνιόν) „victor reddit vana quae adversarii speraverunt" — Ht. ἀγῶνα μὲν ἐν δόξᾳ θέμενος, εὖχος δ' ἔργῳ καθελών; — Neutro opus.

Sch. A ἐν δόξᾳ[1]) θέμενος: ἀντὶ τοῦ ἔνδοξον νομίσας τὸ νικῆσαι, τουτέστι συλλαβὼν τὴν εὐχήν, ἢ [τὸ] καύχημα ἀνταγωνιστοῦ καθελὼν διὰ τοῦ ἔργου. ἢ οὕτω· τὸ ἀγώνιον εὖχος δόξαν θέμενος καὶ ἔργῳ καθελὼν αὐτό.

Sch. BU etc. ἀγώνιον ἐν δόξᾳ[2]) θέμενος.[3]) τὸ ὑπέρβατον, ἀγώνιον εὖχος καθελὼν τὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ καὶ τὴν νίκην, τὴν αὐτοῦ[4]) εὐχήν, ἔργῳ.[5]) ἢ οὕτω· συλλαβὼν τὴν εὐχήν, ὅ ἐστι τὸ καύχημα τὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, καθελὼν διὰ τοῦ ἔργου.

Sch. A [DG] ĮU (251, 15). [ἐνδόξως][6]) μὲν αὐτὸς ἀγωνισάμενος[7]), τὸ δὲ [τοῦ] ἀνταγωνιστοῦ κλέος καθελών[8]).

Sch. Thom. ἐν δόξαν θέμενος] θέμενος ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ δόξαν καὶ τιμήν, καθελὼν καὶ καταβαλὼν εὖχος ἀγώνιον, ἤτοι τὸν ἀνταγωνιστὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐάσας νικῆσαί τε καὶ καυχήσασθαι.

Comm. Mosch. ἐν δόξῃ θέμενος ἑαυτὸν δηλονότι, καθελών, ἀντὶ τοῦ ἑλών, ἤτοι λαβὼν καύχημα ἔργῳ, τουτέστι δι' οἰκείας νίκης, δι' οἰκείων ἀνδραγαθημάτων.

Tricl. ἐν δόξᾳ θέμενος] θέμενος ἑαυτὸν δηλονότι ἐν δόξῃ καὶ τιμῇ καθελὼν καὶ καταβαλὼν τὸ εὖχος τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, ἤτοι κτλ. (rell. fere ut Thom.; Tricl. enim retractavit Thomanum, de suo contra eum addens οἱ γράφοντες ἐν δόξαν οὐ καλῶς γράφουσιν).

Apparet rectissime criticos Byzantinos ad veterem scripturam ἐν δόξᾳ regressos esse, quam cum in multis vett. in ἐν δόξαν corruptam inveniret, Thomas hoc mira verborum contortione explicare studuerat. Nam aliud et multo facilius hyperbaton esse videtur, quod Sch. B significat, dico εὖχος ἀγώνιον non cum ἐν δόξᾳ θέμενος sed cum καθελών consociandum esse. Idem significant mss. FZ α'ᵇ μ'ν'ο' qui (cum Cp.) verba ἐν δ. θέμενος utrinque separant

---

1) cod. ἔνδοξα. 2) cod. B ἐν δόξᾱ.

3) Ἀγώνιον εὖχος. τοῦτο ὑπέρβατον. U — Ἀγώνιον εὖχος. ἀγώνιον, ἄδοξον θέμενος. τὸ ὑπέρβατον pessime Ro. (lemma B et lemma U miscens). Illud ἄδοξον θέμενος ft. solius Calliergi commentum est cui non debebat fidem habere Ky. 4) ἑαυτοῦ U

5) Post ἔργῳ in U Ro. male ἀποβαλών inculcatum est; volebant hi καταβαλών. 6) ἐνδόξως in A omissum est, recte? 7) ἀγωνιούμενος A

8) κλέος καθελὼν]. εὖχος καὶ καύχημα καθελὼν καὶ καταβαλών. U

distinctione. Reliqui non distinguunt, nisi quod pauci (ut GΣ) post εὖχος interpungunt, et N post ἀγώνιον solum.

De scriptura igitur non est cur dubitemus. De interpretatione dissident veteres et recentiores. Possis oppositionem quaerere inter δόξᾳ (Vorstellung) et ἔργον (That), ut ἐν δόξᾳ τίθεσθαι sit mente informare (P. I, 36)*) et ἔργῳ καθαιρεῖν manu consequi, iam ἀγώνιον εὖχος est laus agonistica generatim. Sin ἀγ. εὖχος est adversariorum gloria, eadem oppositio ita adhiberi potest, ut, ἐν δόξᾳ τίθεσθαι intelligatur „ad vanam speciem reducere“, cf. de δόξᾳ ad O. VI, 82 et τιθεὶς ὕβριν ἐν ἄντλῳ P. VIII, 11. Sed Sch. A ad faciliorem interpretationem „laudem agonisticam [et] magni ratus [et] strenue consecutus“ invitat. Tantum constat explicationem Böckhio-Dissenianam ἐν δόξᾳ idem esse quod „gloriose“ et per se frigere, nec nisi semel in Additamentis recentioribus Scholiorum indicatam reperiri. Nec cum plurimis Sch. ἐν δόξᾳ θέμενος ita a reliqua oratione separabimus, ut ἑαυτόν διὰ τῶν νικῶν (gl. Tricl.) suppleamus. Gl. Mosch. ποιήσας, ἑαυτὸν δηλονότι.

64 Sch. A τὸ εὐθὺ οὖν μὴ ἔχον καμπὴν**) καθάπερ ὁ δίαυλος. Hinc etiam, admissa solutione arseos, εὐθύτονον ὢν scribi possit. Sed acquievi in coniectura Hermanno-Thierschiana. εὐθύτονον N. Olim Hm.[1] εὐθύδρομον cum Sm.

70 Ad σᾶμ' adscripta est gl. τὸ σῶμα in P porro ibidem ὁ ἀλιρόθιος — ad σῶμ' in N περίφρασις, sed in eodem (et in O) ad ἀλ.] δηλονότι ὁ ἀλιρρόθιος σῆμος — in C^a gl. ὁ σῆμος — Θ gl. τῆς αὐτοῦ πατρίδος et σημεῖον ὅτι ὁ ἀλιρρόθιος περιφραστικῶς — Praeterea de loco difficillimo ad ea quae in Rh. IV, 548 et ad Sch. Germ. p. 55 sq. disputavi non habeo quod addam, nisi ex gl. Tricl. ἀνεκηρύττετο τὸ τῆς βολῆς σημεῖον non recte a quibusdam collectum fuisse, recentiores etiam σᾶμα ἠείδετο scribere voluisse. Nam in Triclinianis duae glossae sunt, quarum prior (ἀνεκηρύττετο) supra ἠείδετο posita est et ad hoc pertinet; altera vero (τὸ τῆς βολῆς σημεῖον) sub ἠείδετο et supra σκοπόν exarata ad hoc pertinet. — Id autem Didymeae interpretationi (quam secutus sum) „signum Neptuni, i. e. tridens quem Mantinenses in curru et clypeo gestare solebant“

---

*) In idem video incidisse Emperium „animo concipiens, sperans“. (apud Sw.[1]) Olim ita intellexeram „victoriam Olympicam, quam primi strenue reportaverant, omnibus posteris gloriosam facientes“.

**) cod. ἔχων κάμπ .... (ft. κάμπτειν p. c.)

maxime obstat, quod ipsum victoris nomen vehementer desideramus. Scholia percensere longum est. Sciant lectores me neque in Ambrosianis neque in Vaticanis (collatis cum BEFGQU etc.) quidquam auxilii reperisse. — Olim Σᾶμ' Ἁλιρρόθιε, σύ vel ἵπποις σὺ δὲ ... Σᾶμ' Ἁλιρρόχθιε (s. Ἁλιρρώθιε s. Ἁλιρρόθιε παῖ) conieceram. Nunc nihil mutavi nisi quod metri causa Ἁλιρρωθίου pro Ἁλιρροθίου scripsi. — Böckhii coniecturam ob articulum (vide Rh. l. l.) sequi non audebam.

71 Asyndeton his verbis Scholiastae Ambrosiani expresse testatum habemus: εἶτα ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς· ἄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπόν. Cf. ad O. III, 15—17. Plenissima interpunctio vs. 70 extr. optima est.

78 ἐπωνυμίας Ht.

82 De hoc ἐν cum ἀραρότα copulato vide mea in Rh. XVIII, 303; pertinet ad structuram verbi δεθῆναι.

94 Vide Sch. Germ. p. 56 not.

105 Πότμον cum ne unus quidem mssorum meliorum habeat, scripsi μόρον. Legitur quidem πότμος sensu vocis θάνατος semel apud hunc poetam (I. VI, 25). De Hm.[3] vide ad Metr.

OLYMPIA XI.

Inscr. Hoc odarium τόκος audiebat, quia, teste Scholiasta (BU etc.; A non exstat), epimetri loco una cum maiore antecedente, ut usura cum sorte, sero mittebatur. Etsi de tempore quo ambo carmina simul missa sint nihil certi statuere possumus, tamen cum Hermanno (1847) debitum anno quarto, i. e. proxima post victoriam reportatam Olympiade, persolutum esse suspicor. „Illa autem senis puero sibi nato gaudentis comparatio (O. X, 86 sqq.) non ad aetatem victoris, sed ad diutinam dilationem promissi carminis videtur esse referenda."

Metr. De Ep. 1 vide ad vs. 13.

4 Possit ferri participium πράττων (cf. ad O. II, 56 et Hm. ad Aesch. Ag. 404), sed optativum confirmant Scholia. Nimis confidenter in Sch. Germ. p. 16 not. participium probavi.

4. 5 Ht. πράσσῃ, μελίγαρυν ἐς ὕμνον, ὑστέρων ἀρχὰν λόγων, τέλλεται καὶ — Hy. interpunctione schema Pindaricum amovere studebat, ita „hymni sunt laudum posteriorum semina, per eosdem hymnos maxima fides fit praeclare factis.“ Quod fieri non posse sponte intelligitur. Schema diserte testantur Scholia (A 233, 25 et Thomano-Tricl. 233, 26 sqq.), singularem vero ἀρχὰ ex optimo codice reponendum esse censui, consensu Sch. A et B [1] (233, 1) atque Sch. B [3] (233, 6), etsi pluralem exhibent Sch. B [2] (233, 3) et Comment. Mosch. (233, 10). Nam sive τέλλεται copulae est (γίνονται) sive emphatice „crescunt, nascuntur“, ut ὑστέρων ἀρχὰ λόγων et πιστὸν ὅρκιον μ. ἀ. ad subiectum μελ. ὕμνοι illustrandum apposita sint, in utrâque verborum structurâ schematis durities singulari ἀρχὰ praeeunte levari videtur. Verbum enim aut ad appositionem quam dicunt aut ad praedicatum attractione applicatur. Venit etiam in mentem tertia verborum constructio „so sprosst in lieblichen Liedern ein Anfang künftiger Reden auf und eine sichre Bürgschaft für grosse Thaten“ ut verum subiectum esset ἀρχά et ὅρκιον ad quod praemissum μελιγάρυες ὕμνοι referretur.

8 Byzantiorum ἄγκειται confirmat Sch. paraphr. ἀνάκειται. Est ἐγ et ἀγ in multis libris vetustioribus distinctu difficillimum. Alienum ἔγκειται ab h. l.

10 Possit quis desiderare asyndeton et θεοῖ' scribere; cf. ad O. XIII, 34. — De hoc versu iam in Sch. Germ. p. III sq. et in Epist. ad Fr. p. 22—24 disputavi. Moschopulus, qui auctor est lectionis vulgatae, ἴσαι ex Scholiis Veteribus coniectura videtur adscivisse; Sch. διαπαντός ad generalem illius sententiae naturam designandam addidisse; cf. Sch. Vet. ad O. IX, 120 (223, 25); XIV, 7 (Sch. Germ. p. 67); P. I, 134 (307, 18) etc. — Exitum huius versiculi mutilum esse probabile est, nam cum insolito longior esset (cf. Epist. ad Fr. p. 37), librarii in angustias adducebantur, ut in gemino vs. 4 ubi extremam vocem ὕμνοι modo minutissimis literis adscribebant, modo (ut in AN) cum proximo versu iungebant, ut vs. 19 in τὸ γάρ. Solebant librarii ante novam sententiam maiorem lacunam admittere, qua praeeunte facile h. l. ὁμῶς ὦν excidere poterat ut δὴ τόθεν N. IX, 17. Primum ὦν solum excidit quo omisso iam ambigere coeperunt ad utram partem ὁμῶς pertineret iunxeruntque male cum prioribus. Hinc illud ὁμοίως ὥσπερ καὶ σὺ νενίκηκας (omissum in D) et ἴσως καὶ τῷ αὐτῷ τρόπῳ apud Sch. Vet. — In Sch. A neutrum horum ineptorum inter-

pretamentorum legitur, etsi omissio est in A ut in plurimis vett. Aut igitur perantiquo tempore videntur extrema verba in archetypo plurimorum veterum periisse, aut similis causa similem effectum habuisse, ut vel qui e diverso fonte manarunt mss., in eodem vitio consentirent. Nescimus quidem unde sua hauserint CNO sed scimus hos libros persaepe cum optimis quibusque ABE etc. consentire, passim etiam solos optima habere, in universum ab interpolationis suspicione liberiores esse. Nexui autem sententiarum convenientissimum est ὁμῶς ὦν, si ὁμῶς non simul, sed pariter significat, ut attento lectori apparebit collatis O. VIII, 56; P. VIII, 83; IX, 40; I. III, 6; VI, 42; cf. etiam Sch. ad P. V, 74 vulg. Nam cum antea poeta generatim de diversis hominum desideriis, tum de victoribus qui carminum laude, deinde de Olympionicis qui Pindaricorum carminum laude indigeant, locutus sit: iam ad ipsum Agesidamum transiens „Sic igitur, inquit, nunc quoque et tu vicisti et ego te canam.“ Hoc satis mihi videtur esse concinnum et intellectu facile. Non possum mihi persuadere Pindarum ὁμοίως scripsisse idque cum prioribus coniunxisse, cum hoc et per se quam maxime frigeret, et nec durum illum transitum ἴσθι νῦν mitigaret nec de forma satis Pindaricum esset, quamquam semel (P. IX, 78) admisit. Profecto ἐσαεί non magis claudicat quam illud quod viros doctos nunc certatim amplecti miror prosaicum ὁμοίως. In tali transitu ne Pindari quidem breviloquentia a particulis cumulandis abstinet: cf. P. IV 64; I. VII, 65. al. al. Paraphr. Sch. ἴσθι δὴ οὖν (om. δὴ in D). Lemma in Q ἴσθι οὖν.

13 In epodis rhythmi Dorici levioris nullam offensionem habet creticus singularis praefixus, ut nec O. VIII. ep. 7; N. XI, ep. 6; I. IV (V), ep. 4.; nec in hac ipsa epodo vs. 15. Admissa igitur lectione optimi codicis Ambrosiani ep. 1 et ep. 8 simillimi sunt, nisi quod ille creticum additum habet. Sch. ambigua, ut (BDNQU etc.) τὸν κόσμον τὸν διὰ τοῦ στεφάνου κελαδήσω. λέγει δέ, τὸν ὕμνον ἀναβοήσω τῆς καλλιστεφάνου ἐλαίας. Reliqua etiam generaliora sunt, ut (ABDU etc.) χρυσέας ἐλαίας σε κόσμον δεξάμενον (D δεχόμενον κόσμον, BU δεχόμενον); et (ADU) κελαδήσω δὲ τὸν κόσμον τῆς νικης σου. — Ambigua nec satis apta est huic loco praepositio ἐπί. Eam cum κελαδήσω consociavit Bö.; sed Th. et Di. pro „praeter“, „insuper ad“ acceperunt; utrique autem κόσμον cum Sch. de carmine intellexerunt. Ἐπὶ cum dativo de additione ad aliquid passim invenitur: O. II, 11; VIII, 84; N. VI, 60; sed est etiam occa-

sione alicuius rei oblata", nostrum „bei", ut O. XIV, 16; P. I, 36. 84; V, 111[1]); I. I, 26. 47. Appropinquat igitur in talibus ἐπὶ ad significationem „propter", ut possit respondere hoc ἐπὶ interpretationi Scholiasticae διά. Sed poetica dictio lyrica ἀμφὶ c. dat. iunctum eo sensu maxime cordi habuit, ut O. IX, 14; P. I, 80; II, 62 multisque locis aliis. Atqui ἐπὶ glossa praepositionis ἀμφὶ poeticae, non poeticum ἀμφὶ glossa prosaici ἐπί esse potuit. Ergo ἀμφὶ praeferendum est quod omnem ambiguitatem tollit. Iam poeta „ornamentum", inquit, „circa coronam canam", i. e. „cingam coronam ludicram coronâ poeticâ". Nota Scholiastam supra laudatum aut nihil dicere aut διὰ τὸν στέφανον dicere debuisse. Nam hymnus non potest dici „ornamentum per coronam", sed aut „decus propter coronam" aut „decus supra coronam".

16 ἔνθα demonstrative accipiunt edita Sch. Vett. (AB) et Recc. eademque post συγκωμάξατ' plenius interpungunt. Sed ex Sch. A inedito quamvis corrupto intelligas fuisse qui ἔνθα relative caperent ὁ δὲ λόγος οὗτος. τὴν ἐπιζεφυρίων γενεὰν ὑμνῶν, ὅπου συγκωμάζονται [αἱ μοῦσαι],[2]) ἐγγυήσομαι ἀφίξεσθαι[3]) εἰς στρατόν, μήτε ἄξενον, μήτε καλῶν ἄπειρον, ἀκρόσοφον[4]) δὲ καὶ αἰχμητὰν ἀφίξεσθαι, τουτέστιν εἰς ἄκρον ἐληλυθότα σοφίας: — quod melius conciliari possit cum hac interpunctione: τῶν [δ'] Ἐπ. Λ. γ. ἀλέγων, ἔνθα συγκωμάξατ', ἐγγυάσομαι, μή [μιν?], ὦ Μοῖσαι κτλ. — Sed post ἀλέγων tantum non omnes plene distinguunt.

17 Quaeritur utrum μή μιν poetae melius sonaverit an μή νιν. Parechesin eiusmodi ut plures voces deinceps positae a μ incipiant non fugit poeta. — Ht. μὴ μέν non male. Sed quod idem v. d. haec verba ad promissionem longioris carminis retulit, dubito num recte fecerit.

17 φυγόξεινον non in solo Ξ invenitur sed in optimis praeterea quattuor veteribus quos saepe solos genuinam poetae manum servasse multi loci docent. Igitur a Bö. (de metr. p. 280) dissentiens ξει reposui.

19 τε an δέ? Utrinque boni testes. τε non solum optimi mss. sed etiam Thomanum Scholion (in mss. [Σ] ubi [235, 17] non

---

1) ubi ἐπὶ et ἀμφὶ coniunguntur: ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς ut synonyma.

2) cod. συγκωμάζονται μέν σε et ft. ἐγγυήσωμαι. An hoc loco ὑμᾶς vel αὐτὰς vel αὐτόν excidit?

3) ἀφανίζεσθαι cod. 4) cod. ἀκρ̄. σοφὸν

εἰς ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχμητήν sed καὶ ἀκρόσοφον καὶ αἰχμητήν legitur) exhibent, δὲ non solum Byzantii praetulerunt sed etiam duo praestantissimi veteres EF offerunt cum paraphrasi supra edita Ambrosiana, ubi ipsum δὲ expressum est, cumque Additam. ad Vat. (235, 2) ἀλλὰ πάντων καλῶν πεπειραμένον, quae verba in B non leguntur. Haec quidem interpretationis esse possunt. Nam ferri posse videtur τε pro δὲ positum post μὴ .... μὴ δ', ut τε post οὔτε cum peculiari quodam oppositionis pondere („potius“) et apud poetas et apud solutae orationis scriptores invenitur, quamquam Pindaricum exemplum non habeo in promptu. — Credas coniunctionem adversativam omissam esse, ut τε respondeat καὶ insequenti, quam iuncturam in oppositione aptissimam esse ad O. XIV, 5 demonstravimus.

21 οὐδ' in Ambrosiano est cum hoc Scholio οὐδ' ἐρίβρομοι λέοντες: καὶ τούτοις ὑπακουστέον, ὅτι οὐδὲ οἱ Λοκροὶ τὸ συγγενικὸν μεταβεβλήκασιν, ἀλλ' εἰσὶν ὃν τρόπον ἐξ ἀρχῆς αἰχμηταί, καὶ τῶν προδεδηλωμένων ἀρετῶν μετέχοντες ἐκ φύσεως καὶ ἀπαρχῆς οἱ τοιοῦτοι: — quae (non multo diversa a Sch. B 235, 25 sqq.) consulto ad οὐδέ explicandum addita videntur esse. Nam si „nec adeo“ s. „nedum“ leones (quales Locrenses sunt) dicere voluit, non male levi quadam anacoluthia οὔτ' — οὐδ' adhibuisset; cf. Hm. ad Soph. O. C. 1141. Nolui igitur spernere quod ex optimo fonte videtur manasse, licet etiam vulgatum οὔτ' — οὔτ' bene se habeat, subaudito οὐδὲ Λοκροί. — Ht. διαλλάξαιντ' ἄν. Non opus. Cf. O. III. extr.

OLYMPIA XII.

Tria sunt in hoc carmine solius Ambrosiani fide reposita, quorum unum certum est: σ' vs. 16; duo vero probabilia sed non certa: τύχα vs. 2 et δίκα vs. 18. — Praeterea in eodem codice prope singulari memorabilia quaedam sed non incorrupta de victoriis Ergotelis inveniuntur, unde vulgata Scholia emendari possunt.

Inscr. Δολιχεῖ quod in Ambrosiano novemque aliis libris maximam partem Thomanis legitur, respuere nolui, quia huic formae, quae alias non videtur reperiri, analogia favet inscriptionis σταδιεῖ O. XIV. P. XI. N. VIII, etsi mss. O. XIII praestant σταδιο-

δρόμῳ, ut omnes et scripti et impressi P. IX ὁπλιτοδρόμῳ et P. X διαυλοδρόμῳ. Invenitur etiam παγκρατεῖ in quibusdam bonis libris in Inscr. N. II, in aliis ibidem παγκράτιον et παγκρατιαστῇ (quod omnes exhibent N. III. et V; cf. etiam O. VIII); sed παγκρατίῳ, quod Isth. III. IV. V. VI. VII legimus, Byzantiis tantum auctoribus debetur. Quaeritur utrum hi dativi σταδιεῖ, δολιχεῖ etc. a σταδιεύς facti sint, an adverbii locum teneant, ut πανδημεί etc.

De tempore victoriarum Pythicarum quas Ergoteles reportaverit deque computatione Pythiadum eximie quidem in Expl. p. 205—209 disputavit Böckhius, sed nescio an duo Virum Summum fefellerint. Primum quod, cum Scholistam h. l. calculum Pythiadum male ab Ol. 49, 3 deduxisse statueret, hunc grammaticum non vidisse credidit, insequentem (τὴν ἑξῆς) post O. 77, 1 victoriam Pythicam non potuisse in eo carmine commemorari quod ipso hoc anno O. 77, 1 scriptum sit. Deinde quod, cum in Vratislaviensi Scholio Pythias 25, in vulgato Pythias 29 memoraretur, haec ita composuit, ut Ergotelem bis, et Pyth. 25. (= Ol. 72, 3) et Pyth. 29 (= Ol. 76, 3) vicisse faceret. Debet potius eo proficisci disputatio quod nulla apud Scholiastas veteres duplicis victoriae Pythicae mentio exstat. Scholion B (261, 6) . . ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἑξῆς Πυθιάδα εἰκοστὴν ἐνάτην ut repugnantia coniungens magis emendandum est ex Sch. A infra textum laudato, quam vice versa hoc ex illo. Non recte igitur ex apographo A quod dicitur habere καὶ τὴν ἑξῆς ηθ', πυθιάδι δὲ κε', Böckhius emendavit Ὀλυμπιάδα μὲν ἐνίκησεν οζ', καὶ τὴν ἑξῆς κθ' Πυθιάδα, Πυθιάδα δὲ καὶ κε', καὶ Ἴσθμια ὁμοίως (261, 13), sed potius in A οη' pro οθ' et κθ' (κη'?) pro κε' scribendum est, ita Ὀλυμπιάδα μὲν ἐνίκησεν οζ', καὶ τὴν ἑξῆς οη' [Ὀλυμπιάδα], Πυθιάδα δὲ κθ' καὶ Ἴσθμια ὁμοίως, et Sch. B lenissima medicina restituendum ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα καὶ τὴν ἑξῆς [Ὀλυμπιάδα], Πυθιάδα δὲ εἰκοστὴν ἐνάτην. Ita omnia recte se habent, neque his repugnat Sch. B 265, 1 quod ad vs. 18 laudavimus. Nam consentaneum est duplicis victoriae Olympicae clarissimae mentionem fieri ad Inscriptionem Olympici carminis, etsi altera nondum parta fuit, cum hoc carmen scribebatur, sed mirum si duplex victoria Pythica apud Inscriptionem commemorata fuisset, cum eo ipso loco ubi poeta illud δίς posuisset altum fieret grammaticorum silentium. Hinc probabile fit alteram Ergotelis victoriam Olympicam in Ol. 78 incidisse. Reliqua vide infra ad vs. 18.

2 Germani Sch. ἀμφιπόλει ἢ ἓν μέρος λόγου [καὶ] ῥῆμά ἐστιν, ἀντὶ τοῦ σῶζε· ἢ β′ μέρη λόγου, ἵν' ᾖ περὶ τῇ πόλει antiquam scripturae diversitatem exprimit, quam mss. quoque ac dissensio inter Sch. B[1] et B[2] ostendunt. Hiatus quidem in 'Ιμέρᾳ εὐρυσθενέ' defendi potest aliorum dativorum exemplo (cf. ad O. XIII, 34), sed elisio illa fermo intolerabilis est (vide ad O. VIII, 52), neutrum vero admodum optabile. Rectius ii, qui ἀμφί seiunctum esse volebant, aut 'Ιμέραν ('Ιμέρας) εὐρυσθενέ' ἀμφὶ πόλιν scripsissent, ut ἀμφί c. acc. constructum esset circa, propter (quemadmodum N. I, 54; I. VI, 9) vel simpliciter de (ut P. II, 15; VIII, 69), aut saltem 'Ιμέρᾳ εὐρυσθενεῖ ἀμφὶ πόλει, correpta ante vocalem diphthongo. At licet istarum scripturarum vestigia in BC (ft. etiam in A) compareant, hae videntur esse conciliationes genuinae scripturae, correctione in illos mss. illatae. Cum Hermanno „plane persuasum habeo, Pindarum scripsisse 'Ιμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει: quod et Scholiastae veteris [B[1]] auctoritate confirmatur, et a prosodiae elegantia commendationem habet.“ Cui apte Bö. addit Py. IV, 158 et 271, recte etiam laudans ex Sch. B[1] Homericum χρύσην ἀμφιβέβηκας. Vide plura apud Ta.

Minus certum est an recte vulgatam Σώτειρα Τύχα Ambrosiano fidem habentes in Σώτειρα, τύχα commutaverimus. Invenitur Τύχη σωτήρ apud tragicos (Aesch. Ag. 664; Soph. O. R. 80); frequens est Τύχη τῆς πόλεως in nummis et alibi, quamquam de Fortuna apud Himerenses culta nihil compertum est; multus fuisse videtur Pindarus in Fortunae laudibus (cf. ad fr. 13—16 Bö.) quam inter Parcas retulisse dicitur a Pausania VII, 26, 3. Scholiastae longe plurimi et Vett. et Recc. cum haec tum sequentia de Fortuna omnia humana moderante dicta esse referunt, ut Sch. A [261, 17*); 262, 15**)] et disertis verbis Sch. B[2] (paraphrastes) ἱκετεύω οὖν σέ, ὦ τοῦ Διὸς τοῦ 'Ελευθερίου παῖ Τύχη Σώτειρα, σώζουσα, περὶ τῆς μεγαλοσθένους πόλεως τῆς 'Ιμέρας καλουμένης (261, 30) idemque Sch. B postea (262, 25. 26). Ii autem qui cum illo para-

*) quod corruptum hinc inde Scholion, ita in A διὰ δὲ τοῦ προοιμίου εὔχεσθαι (sic) ἀεὶ τὴν ἱμέραν ἐλευθέραν εἶναι καὶ ἀνυπότακτον ἄλλοις φανερὸν δὲ καὶ διατοῦτο τὴν τύχην προσαγορεύειν. καὶ (sic) διὸς ἐλευθερίου παῖδα. ἣν καὶ παρακαλεῖ ἀμφίπυλιν (sic) τὴν ἱμέραν nec melius in A scriptum, satis probabiliter restituit Böckhius.

**) ἐπεὶ καὶ αἱ νῆες τύχῃ τινι κινοῦνται. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δημηγορίαι γίνονται.

phraste ἀμφὶ πόλει disiunxerant, non poterant quin Σώτειρα Τύχα coniungerent. — Unicum Sch. B[1] cum optimi codicis A scriptura τύχᾳ facere videtur: τὴν Εἰρήνην Ἐλευθερίου Διὸς ὑποτίθεται θυγατέρα, διὰ τὴν ἐνοῦσαν τοῖς εἰρηνεύουσιν ἐλευθερίαν. ἔστι δὲ ὡς τὸ Χρύσην ἀμφιβέβηκας*). Ubi lectorem videre oportet eosdem qui ἀμφιπόλει verbum agnoverint ab alteris quos Τύχα legisse constat videri seorsum sensisse exordiumque de Pace intellexisse. Id ita fieri poterat ut ambiguam vocem Σώτειρα ad Pacem referrent et τύχᾳ legerent. Aliis aliorsum hoc epitheton valere, aliis ad Libertatem, ad Tranquillitatem (cf. P. VIII, 3), ad ipsam Μοῖραν, aliis vero ad Fortunam redire poterat „Servatrix", ut Scholiastae Ambrosiano, qui haec omnia ad Fortunam revocat, etsi quintum casum Τύχα non videtur habuisse. Id a nostro sensu alienius est quam ab antiquo, dicere „Servatrix [Fortuna], tuere urbem fortunâ." Est autem hoc τύχᾳ i. e. feliciter, cum felicitate, maxime Pindaricum; cf. N. X, 25. [VII, 11]; P. VIII, 53.

Hinc colligimus vetustiorem lectionem fuisse Ἱμέραν εὐρυσθενέ' ἀμφιπόλει (ἀμφιπολεῖν), Σώτειρα, τύχᾳ, recentiorem Ἱμέρα εὐρυσθενὲ' (εὐρυσθενεῖ) ἀμφὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα, e scripturis ἱμερᾱ .. ἀμφὶ, πόλει .. τυχᾱ et ex vocativo Σώτειρα ad Fortunam relato ortam.

6 ψευδῆ omnium librorum et Scholiorum consensu reposui, etsi P. IX, 42 ψευδεῖ, quod quidam pro ψεύδει praestant, vitiosum est. Generalius videtur esse quod dicit „percurrentes fallacia irrita" quod possit ita accipi ut μεταμώνια rhetorica sit iteratio et cumulatio notionis ψευδῆ. At Sch. A ψευδῆ pro substantivo habuit: τὰ ψευδῆ μεταμώνια εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ψευδῆ μετέωρα αἰρόμενα, i. e. fallacia quae irrita sunt. De duobus synonymis coniunctis vide ad O. IX, 93; N. VI, 54.

14 Alludit ad hoc proverbium plus semel Aeschylus, non solum Eum. 848—853 sed etiam Ag. 1642; Pers. 756.

16 Ecce palmariam Iacobsii coniecturam optimi codicis auctoritate confirmatam. Solam dubitationem, quae restat, sigmatismus movet. Nam etsi non fit concursus sibilantium (cf. ad O. IX, 16), tamen ea proxima sunt, ut P. IV, 67 Μοίσαισι δώσω. Cf. fr. 255. Hic locus scripturis Κνωσσίας et ἄμερψέ σ' probatis aliquanto melius sonaret, sed forma ἄμερψε vix potest defendi.

18 Pausaniae quidem verba Ἐργοτέλης .. ὁ Φιλάνορος δολιχοῦ

*) 261, 28. — ἀμφὶ, βέβηκας B ἀμφὶ βέβηκας U

δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ τε καὶ Νεμείων ἀνῃρημένος .. non solum duplicem Olympicam Ergotelis victoriam, sed etiam duplicem Pythicam, duplicem Isthmiam, duplicem Nemeaeam referuut, sed Scholia Vetera de duplici Pythica victoria tacent (vide supra ad Inscr.) neque commemoratur ea ante Moschopulum (265, 8). Id profecto permirum esset, si Scholiastae verba Pindari καὶ δὶς ἐκ Πυθῶνος ante oculos habuissent, cum praesertim iidem, ut supra demonstratum est, Olympicae victoriae duplicis haud obliti essent. De hac duplici satis constat, de alteris Pythica et Isthmia deque duabus Nemeaeis ex solo Pausania. Vidimus poetam occasione primae Olympicae oblata Ol. 77, 1 recte Pythicam et Isthmiam nuper (Ol. 76, 3) partas commemorasse; nescimus quas vir Himeraeus post Ol. 77, 1 victorias reportaverit, nisi quod alteram Olympicam in Ol. 78 incidisse probabile est. Quamquam igitur in rebus huiuscemodi semper aliqua remanet dubitatio, quae nulla foret, si aequales novissemus quot tum et quales victorias Ergoteles nactus fuisset cum haec oda scriberetur*), tamen Ambrosianum δὶκ utpote cum Scholiastarum silentio egregie consentiens accipere non dubitamus. Accedit quod prior Pythica victoria, quam e Scholiis male conciliatis duodeviginti annis ante Ol. 77, 1 partam esse credunt, per se valde improbabilis est. Nam si quando hoc acciderit ut unus vel alter cursor per tantum temporis spatium pedibus valeret (Bö. Expl. p. 206), „una hirundo", ut nostrum ait proverbium, „non facit aestatem". — De δὶκ, nec per se ab huius poetae consuetudine singulis Homericis uti abhorret, et diligit ille maxime orationis in victoriarum recensu et brevitatem et varietatem. Significat autem h. l. victorem per Delphos corona redimitum incessisse eamque ex illa urbe domum reportasse. — Cf. O. IX, 93; XIII, 94—96; P. V, 98; XII, 5 (στεφάνωμα τόδ' ἐκ Πυθῶνος); N. III, 84; IV 19; X, 43 sq.; — I. I, 65 (Πυθῶθεν) al. De trium membrorum iunctura quae particulis — καί — τε fiat, vide ad O. XIV, 5. Nec male se habeat virgula ante Ἰσθμοῖ collocata.

Hoc loco explicat (neque unquam plura continuit) optimus omnium codicum Pindaricorum Ambrosianus.

---

*) Vide mea in Epist. ad Fr. p. 28.

OLYMPIA XIII.

5 Formam Pindaricam Ποσειδᾶνος ex paucis sed optimis libris reposui, praeeunte H. Stephano. Idem feci vs. 39. non sine consensu librorum, quamquam illo vs. 39 vereor ut recte fecerim, ob proximam syllabam a σ incipientem, de qua re ad O. IX, 16 expositum est.

6 Commentarius Moschopuleus κασίγνηται et ἀσφαλὴς Δίκα et ὁμότροπος exprimit. Sch. Vet. sine dubio mutilum est: ἐν γὰρ ταύτῃ τῇ Κορίνθῳ οἰκεῖ ἡ εὐνομία καὶ ἡ (ἡ om Vatic.) ἀδελφὴ αὐτῆς ὁμότροφος εἰρήνη, quasi de duabus tantum Horis ageretur; Vaticanus etiam in versu Hesiodeo τε post δίκην omittit, ita

Εὐνομίην τε δίκην. καὶ εἰρήνην τεθαλυῖαν.

Sed si quid ex ambigua illa paraphrasi colligere fas est, ea et nom. sing. κασιγνήτα et ὁμότροφος ante oculos habuit. Ex alterius Scholiastae Vet. verbis βάθρον δὲ πόλεων (ita Vatic.), ἀντὶ τοῦ ἐφ' ὧν πᾶσα πόλις ἀσφαλῶς βέβηκεν aliqua certe cum probabilitate coniici potest, ei βάθρον πολίων ad indolem Iustitiae describendam appositum fuisse, ut et ipse ἀσφαλὴς Δίκα legerit. Is idem sensisse videtur cum Moschopulo, qui et ἀσφαλὴς per ἡ ἀσφαλείας ποιητικὴ et τὸ βάθρον, ἤγουν ἡ ἀσφάλεια, τῶν πόλεων explicavit. Latet enim in voce βάθρον notio ἀσφαλείας, nec sine abundantia βάθρον ἀσφαλὲς compositum fuisset. Cum Kaysero igitur statuo ἀσφαλὴς quod in omnibus bonae auctoritatis libris traditum habemus epitheton esse Iustitiae idque minus quam si ad βάθρον apponeretur otiosum, immo elegans et venustum. Porro singularem κασιγνήτα qui legit et ad solam Iustitiam retulit — ut Sch. Vet. — eidem synonymi quale est ὁμότροφος altera soror indigere videbatur.*) — Versus ita restitutus non solum locupletissimorum testium fidem habet sed etiam, me arbitro, simplicioris et nervosioris orationis commendationem. Nam vel ὁμότροπος ut maxime generale paullulum languet. Nec duali numero hic locus accommodatus, cum ad complectendas Iustitiam et Pacem easque ut par sororum Euno-

---

*) De qua re aliter visum est Kaysero (ut Sm. et Ht.) qui ὁμότροφος non de sorore, sed de ipsa re proprie intellexit, ut pax simul nutriatur, ubi Leges et Iustitia valeant.

miae ex adverso collocandas nulla sit causa. Sola igitur Iustitia inter has tres sorores uberioribus epithetis ornata est, vel, si τάμια scribis, sola Eunomia iis caret.

Recte autem singularum Horarum recensum excipit pluralis παῖδες, qui ad tres simul relatus minus aptus fuisset, si iam in praecedentibus verbis κασίγνηται ad duas tantum pertinuisset.

7 Scripsi εἰρήναν ut P. IX, 23; N. I, 69 ex optimis libris. Cf. τιθήνα P. I, 20; ἀπήνα P. IV, 94; O. V, 3; Ἀλκμήνα, Μυκῆναι, ἑρμηνεύς, θρῆνος al. Ah. DD. p. 134. ad α ubique „Doridi, si non Pindaro“ vindicandum inclinare videtur. De Ἀθήναια et Ἀθάνα vide ad O. VII, 38. De tota re nondum actum est, sed tantum constat liquidas potissimum apud Pindarum ad praegressas vocales emolliendas valere. Idem in multis linguis usu venit.

7 Tentavi nonnulla ad duram synizesin ταμίαι ἀνδράσι — quam ad elisionis licentiam potius revocarim — tollendam; ut obsoleta substantiva (ταμοί = ταμίαι? νομοί = νομεῖς?) expulsa glossemate ταμίαι; ταμίαι τισὶ aliaque. Sed ταμίαι ἀνδράσι πλούτου tam prorsus videtur esse Pindaricum — etsi nulla h. l. vetus paraphrasis servata est, — ut nihil novare praestet. — Hermannus in dissertatione anno 1847 edita, versu diviso, ταμίαι | ἀνδράσι πλούτου | scribit; vs. 15. aut ἱεροῖς | εἰν ἀέθλοισιν | cum Byzantiis aut ἀμφ' ἀέθλοισιν de suo, collatis tribus locis similibus N. II, 17; I. I, 50; IV, 55; — vs. 29 (30) δρόμον. οὐκ | ἀντεβόλησιν | et vs. 37 (38) τρία μὲν | ἔργα ποδαρκὴς | cum iisdem interpolatoribus; vs. 51 (53) non accipit quidem eorundem (non solius Triclinii) inventum τὸν γάμον sed suum commendat θεμέναν | οἱ γάμον αὐτᾷ, |; rursus vs. 59 (61) σφετέρου | μὲν πατρὸς ἀρχὰν | probans cum Byzantiis facit; vs. 73 (76) [reiecto eorundem commento ὅπως τέ οἱ] de suo χρηΐσιος. | ὥς τέ οἱ αὐτὰ | scribit pro χρήσιος. ὥς τέ οἱ αὐτά; vs. 81 (84) [repudiata interpolatione Byzantina ἔλαβεν] particulam μὲν de suo addit ita ἕλε μὲν | Βελλεροφόντας |; deinde vs. 95 (99) in pristina coniectura permanens δὴ | ἀμφοτέρωθεν | dividit; denique vs. 103 (107) (ubi Byzantii τε pro τ' dederant) novam proponit ὅσα δὲ | Ἀρκάσι μάσσω. | — Novem igitur versus particulis aliisque additamentis supervacaneis interpolantur, ut uni vs. 7 exaequentur, quoniam ibi ταμίαι ἀνδράσι vel elisione vel synizesi non recte coaluerit. Cui Viri Summi errori admirabili (cf. Bö. de Crisi § 33 p. 357 sqq.) cum omnes libri non contaminati adversentur, singula refutare nihil attinet. — Ah. aut (de Cr. Aph. p. 17) ιαι coalescere

in unam syllabam synizesi (ut χρυσέω, δενδρέω) aut (ib. p. 19) ut mihi quoque visum erat, αι h. l. elidi existimat, collato loco Hom. Il. λ, 272 ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρείδαο. Reliqua exempla incerta sunt: cf. Bu. Gr. Gr. I, 126. et Lo. ad Soph. Ai. p. 152. — An de sola Pace haec valent, ut τάμια (pro ταμία Aeolicum) scripserit? Utinam paraphrasin veterem haberemus! Νέμεα vs. 33 confirmat animum, ut τάμι' scribam, et Buttm. Gr. Gr. I, 140. Analogia enim a masculino ταμίας femininum τάμια descendere postularet. Cf. Κύκνεια O. X, 15 et ad O. XIV, 19.

9 ἐθέλοντι ne dubitato ad Horas referre, quamquam pars vett. intt. et novissimus editor ad Corinthios haec spectare existimant. Nam ita poeta ab Horarum, quae Corinthi sedem ceperint, mentione ad singula earum dona transitum parat, ut eas in universum superbiae, satietati, audaciae adversari et haec mala a suis propellere dicat, a negatione ad affirmationem pergens.

10 „Ferocia mater Satietatis“ iam vett. interpretibus offensioni fuit, praesertim cum aliis poetis Satietas mater Ferociae vocaretur ita ut satietas propriorum cupiditatem alienorum procrearet. Hinc factum est ut multi codices boni, distinctione post Κόρου insertâ, ante Κόρου deletâ et glossâ θυγατέρα*) additâ, verba torquerent. Eandem structuram Moschopulus et Germanus paraphrasi exprimunt, perperam, nam ματέρα non addito genitivo absurdum. Vide ad Germ. Sch. p. 58. Pindaricam rationem referre videtur oraculum apud Herod. VIII, 77

Δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱόν.

Nec male poeta morum ferocitatem, quae artium liberalium fastidium et neglectum gignat, e regione Eunomiae collocat, quae studiorum liberalium curam et amorem alat et foveat. — Possit placere θρασύθυμον (Maneth. 4, 529 θρασύθυμα μεμηνότες) prae θρασύμυθον ut generalius: hoc a Rec. Schol. (et gl. rec. ut n τὴν θρασύλογον) diserte agnoscitur, a Vet. non item. Nam et Sch. Vet. τὴν θρασεῖαν ambiguum, nec gl. F τὴν ἀλαζόνα et gl. Σ θρασεῖς γὰρ οἱ ἄδικοι certi quicquam demonstrant. Utraque vox rarissima; θρασυκάρδιος frequentius.

12 Εὐθεῖα utrum (nom. sing. fem.) ad τόλμα an (accus. plur. neutr.) ad λέγειν (cf. Buttm. Gr. Gr. I p. 248) poeta pertinere voluerit

---

*) quam Ht. in textum invexit, soluta arsi, temere. Nec melius quod H Stephanus olim coniecerat, φθόρου pro Κόρου.

quaerebant Vett. intt., non sine causa. Nam εὐθεῖα λέγειν et καλὰ φράσαι videntur sibi respondere.

15 Triclinius, qui in praecedentibus γ' solito more interposuit, h. l. Moschopuli commentum ὑπερελθοῦσιν repudiavit et ad pristinam lectionem ὑπερελθόντων regressus est. Paraphr. Vet. dativum νικηταῖς γενομένοις habet, alius Scholiasta Vetus ὑπερελθόντων schemate pro ὑπερελθοῦσιν dictum esse contendit. Hinc orta est glossa οὖσι in quibusdam vett. mss. Quibus interpretamentis usus textum interpolavit Moschopulus, ut O. I, 104; II, 55; XI, 10 etc. Eiusdem igitur grammatici Commentarius perpetuus in libris Moschopuleis (*abclmn*[g1]*qs*) dativum ὑπερελθοῦσιν, ἤγουν νικήσασιν exhibet (p. 269, 22 sq.) quae verba in ultimae recensionis libris (μ'ν' Ro.) in genitivum ὑπερελθόντων, ἤγουν νικησάντων commutata invenimus, de sententia Triclinii. Recte etiam Thomas Mag. (p. 270, 4 sqq.) genitivum defendit, ut ad ἀγλαΐαν pertinentem. Vide Ht.

15 De ἐν ἀέθλοις vide ad vs. 7.

20 Poeta ft. ἱππεῖος (ἱππίοις) voluit, ut in primo systemate. Vide ad vs. 78 et 79.

20 Nescio an μέτρα generaliora sensu accipiam, ut Hesiod. Op. et D. 607 (648)

δείξω δή τοι μέτρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης .

de modis ac rationibus navigandi diversis, ut Pindarus de modis ac rationibus domandi et frenandi equos eosque ad currum iungendi loqui voluerit. Ἐν in talibus non alienum, nam equi sunt quasi in helcio et frenis; cf. ad O. II, 63 et P. II, 8. Putarim igitur μέτρα ἵππων ἐν ἔντεσι δεθέντων „die Arten und Weisen des Fahrens mit Rossen im Geschirr" intelligenda esse, non ipsorum frenorum demensionem (Bö.). Similiter Erasmus Schmidius hunc locum interpretatus est; nec multo aliter Heynius, qui ad Aesch. Choeph. 794 provocat, m o d e r a m i n a equorum p e r frenum intelligit. Dissenius vim moderatricem (στόμιον) freni; Hartungus ipsa frena, quae ad currum eiusque arma accedant. At vox μέτρον Pindaro saepius generaliorem sensum verbalem continet (ut vs. 46) de iusta agendi et sentiendi mensura, eundemque μέτρα habent I. V, 71. ut fr. 74, 1 ἐμαῖς θέαις μέτρ' ὀμμάτων de iustis modis ac rationibus videndi. Actionem igitur et rationem potius quam rem significat.

21. Epodi vs. 5 et 6 cum Bö.[1] in unum coniunxi, sed numeris paullo aliter descriptis. Bö.[1] enim ita

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – –́ ⏑ – – –́ ⏑ –
(⏑⏑ sub penultima longa)

eos disposuerat, ego vero sic

–́ ⏑ – – –́ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏕́ ⏑ – –́ ⏑ – – ⏕́ ⏑ –

ut trimeter dactylicus catalecticus, qui in toto carmine frequentissimus est, a cretico excipiatur; similiter creticus trochaeos praecedit initio ultimi vs. str. et epod. Nec licentia aliqua in arsi solvenda offendat in carmine quod (ut O. II) in aliis quoque hoc sibi sumit. Qua ratione vs. 21 servatur lectio optimorum *βασιλῆα δίδυμον ἐπέθηκ’* nisi quod *δίδυμνον* vel *δίδυμμον* scribendum est, quae mutatio etiam O. III, 35 quamquam a nullo libro bono commendata tamen prorsus necessaria erat. Vs. 43 cum duobus codicibus Mediceis qui ab interpolationis suspicione liberi sunt (fere ut P. I, 78) epica forma *πολίεσσι* probata omnia sana sunt. Vs. 65 particulam *δὲ* ut post *ἄγε* inseramus et ipsa huius nexus commoditas et Scholiorum Veterum auctoritas admonere videtur. Vs. 87 nihil moveo nisi quod pro suspecta forma *διασωπάσομαι* (de qua ne I. I, 63 quidem mihi constat) communem *διασιωπάσομαι* repono*), etsi uno tantum codice (interpolato, Lipsiensi) assentiente. Vs. 109 *ἀλλά* quod traditum est conservo, nec quidquam noverim quod melius huic loco conveniat. Nil aliud Scholiastae Veteres videntur legisse. — Ita ad persanandas epodos lenissimam mihi medicinam adhibuisse videor, nec multam dubitationem movet, in pausa exeuntis sententiae gravissima, et producta syllaba finalis vocis *ἴδμεν* vs. 109, et non correpta vocis *βασιλεῦ* vs. 65. — Offerunt quidem et haec indicia et exitus sententiae vs. 87 speciem versus sic terminati; sed hac divisione admissa vs. 109 *ἀλλά*, quod mihi utique retinendum esse videtur, movendum est. Numerorum tamen venustas in hac divisione (Bö.[2] Hm.[1]) maxima est, estque in *ἐπέθηκ’* et in reliquis anapaestis singularis vivacitas, quae bellicam totius carminis indolem praecipue decet. Quaeritur quidem, quantum in his aurium nostrarum consuetudini tribuendum sit. Id enim quo diu assuevimus (praesertim in poetis, ubi omnia ad sensum pertinent) diligere solemus.

21 Frigere videntur verba *ἐν δὲ κτλ.* post quaestiones istas

---

*) Posset quidem ista forma servari, si violentius mutare vellemus, ut *διὰ δ’ ἐγώ ϝοι μόρον σωπάσομαι*, quod est cur placeat.

fervidas et concitatas. Scripti libri omnino carent signis interrogationis, ut et editi vetustiores. H. l. signa interrogationis a Cp. et St.² primis invecta sunt, ita, ut verba ἐν δὲ κτλ. ab ea excluderentur. Aliter visum est Scholiastae Veteri qui ποῦ δὲ ἡ μουσικὴ ἀνθεῖ καὶ τὰ πολεμικὰ ἀλλαχοῦ; et Germano ἐν τίσι δὲ ἀνθεῖ ὁ ἄρης ὁ ἐν ταῖς οὐλίαις αἰχμαῖς τῶν νέων ἀνδρῶν; ἐν ὑμῖν δηλονότι. Hi quaestionem usque ad finem epodi continuarunt. Est in talibus levis, credo, anacoluthia, nam debebat poeta aut permanere in quaestione „ubi tandem“ — „ubi tandem“, aut adiungere participium absolutum „ibi florente Musa, ibi florente Marte“ — Neutrum facit. Omnia haec a vs. 18 usque ad 22 extr. uno tenore concipit, quamquam in ultimo membro interrogandi formam mittit. Ita igitur distinxi.

23 Permultae sunt in hoc carmine elisiones in optimis libris praetermissae. Quae non tam librariorum delicta quam genuinae scripturae antiquae vestigia habuerim. Ex eodem fonte etiam vitia quaedam manarunt, ut ἐπέθηκεν et ἐπέθηκε δ' (pro ἐπέθηκ') vs. 21 in bonis quibusdam mss. Cf. ad O. VIII, 52.

23 Satis temere εὐρὺν pro εὐρὺ Ht. ad P. I, 72 (39) proponit. Nam ἄναξ cum apud Pindarum passim digammo uti videatur (P. IV, 89. XI, 62. XII, 3.), cur non eodem uti posse videatur ἀνάσσω? Nec ὦ 'νασσα contrarium probat, nam cum digamma ubique etiam obmutescere potuisse constet, cur non vocalis insequens cum ὦ coalescere potuit? Et ἄναξ saepissime Homero in hiatu positum est et ἀνάσσω aliquoties, ut Il. β, 643. ἐτέταλτο ϝανασσέμεν.

24 ἀφθόνητος. Cf. O. XI, 7. De ᾱ et η in talibus vide Ah. D. D. p. 148 sqq.; Germ. Schol. p. XXII sq.; ad P. IX, 93.

28 Sch. B καὶ προσδέξαι Comm. Mosch. ἀπόδεξαι δέ Verba δέξαι δέ οἱ, ἀντὶ τοῦ δέξαι παρ' αὐτοῦ ex additiciis Sch. [DG]IU etc. repetita sunt.

29 Vide ad vs. 7. De duplici negatione cf. Bö. Eam Moschopulus exprimit, Vetus Paraphrastes non item.

33 ἀντιξοεῖν est ἀντικεῖσθαι, ἐναντιοῦσθαι, testibus et lexicis et Scholiis plurimis, ut ἀντίξουν ἀντίπαλον oppositum τῷ συμμάχῳ. Erant qui contrariam quoque vim huic voci tribuerent (ut ἀντίξουν quidam etiam ἁρμόζον exponebant), quorum nugae etiam inter Sch. Vet. memoratae non tanti sunt ut eos εὖ κἀντιξοεῖ vel simile quid legisse recte coniiciamus; cf. Germ. Sch. p. 61. — Sin-

gularis aeolicâ formâ videtur esse Νεμεᾰ; vide ad vs. 7 de τάμιᾰ; et ad O. X, 15 de Κύκνειᾰ; ft. etiam πάτριᾰ ϝόσσα O. VI, 62.

34 Traditus est h. l. genitivus Thessalicus, tradita etiam, ut passim in hoc carmine (vide ad vs. 23), elisio neglecta. Geminus locus est P. XII, 13, ubi omnes φόρκοι' ἀμαύρωσε[ν] tradunt, nullus, quod Hm. Bö. invexerunt, φόρκοιο μαύρωσεν. Nec multo distat P. I, 39 ubi in omnibus bonis libris Δάλοιο ἀνάσσων invenitur, quod Moschopulus in Δάλου ἀνάσσων mutavit. Id propter digamma vocis ἀνάσσω quamvis probabilius esset quam quod idem h. l. invexit (et Triclinio probavit) Θεσσαλοῦ ἔπ', tamen assensum non tulit Triclinii, qui Δάλοι' ἀνάσσων (poterat vel Δάλοιο 'νάσσων) dedit, quod Bg. et Ht. receperunt. Quartus locus est N. IX, 55 ubi traditum quod est in omnibus (pauci exstant) mss. σκοποῦ ἄγχιστα in σκοποῖ' ἄγχιστα mutari iussit Ah. in Ph. III, 235 idque Schneidewino et Rauchensteinio*) probavit. Ita etiam I. I, 16 Ἰολάοι' ἐναρμόξαι et I. VII, 39 (Böckhii scripturâ acceptâ, non Hermanni) γάμοι' Αἰακίδᾳ τὸ γέρας scribi debebat, pro traditis genitivis communibus Ἰολάου et γάμου. Hac lege etiam O. XIV, 20 σεῖ' ἕκατι (quamquam digamma hiatum mitigat, si σεῦ legimus), et — si Triclinium emendare operae pretium esset — O. VII, 2 ἀμπέλοι' ἔνδον defendi possent; item I. I, 37 ἀμετρήτοι' ἀλός pro ἀμετρήτας ἀλός, nisi certa quaedam adiectivorum compositorum trifariam motorum exempla suppeterent; vide ad O. VI, 59. VIII, 52 et cf. O. III, 26. IX, 33. P. III, 100. V, 76. VII, 20. N. III, 2. 21. V, 9. IX, 2. I. I, 8 etc.; de quo genere licentiae poeticae rectissime contra Elmsleium disputavit G. Hermannus in Op. III, 216 sq. — At ex duobus illis locis O. XIII, 34 et P. I, 39 constat mihi duos vel tres reliquos modo laudatos emendari debere. Patitur igitur genitivus ille epicus elisionem apud hunc poetam hiatûs impatientem, quamquam idem in adiectivis aliam legem sequitur, cum formae femininae in ᾱς et melius sonare et antiquo usu et analogiâ excusari videantur. Nec σκοποῖ' ἄγχιστα Graecis auribus magis intolerabile fuisse opinor quam γένοι', οἷος P. II, 70 vel ὄλοι'. ἐγώ Eurip. Med. 1330.

Nescio an his adnumerem hiatum N. VI, 22 (24) σωκλεῖδα, ὃς,

---

*) Idem Ah. Ph. XVI, 56 proposuit μεμφομένοι' ἐσλοὺς N. I, 24. et (fere cum Pauwio) N. I, 37 χρυσοθρόνοι' Ἥρας.

ut scribam σωκλείδα', eliso ō genitivi. Quamquam vel pausa mitigat hiatum, ut O. XIII, 65.

Porro dativos in ῳ̣ et ᾳ̣ exeuntes passim in tali hiatu obvios eiusdem generis esse existimo. Collegi haec exempla: O. III, 30 ὀρθωσίᾳ̣ ἔγραψεν et O. VI, 82 γλώσσᾳ̣ ἀκόνας, quibus loci supra laudati N. VI, 22 emendatio Tricliniana σωκλείδᾳ̣ ὃς accedit et ft. O. IX, 83 ἀρετᾷ̣ ἦλθον; XII, 2 ἱμέρᾳ̣ εὐρυσθενεῖ ἀμφὶ πόλει; XIII, 41 Τερψίᾳ̣ ἕψοντ'; P. V, 10 εὐδίᾳ̣ ὃς; XI, 47 ὀλυμπίᾳ̣ ἀγώνων ubi vide notas meas; — porro O. IX, 98 αὐτῷ̣ ἰολάου; N. VI, 23 ἀγησιμάχῳ̣ υἱέων; I. I, 16 καστορείῳ̣ ἢ; I. I, 61 ἡροδότῳ̣ ἔπορεν; ft. P. I, 70 υἱῷ̣ ἐπιτελλόμενος; quibus exemplis adderem O. IX, 91. 92. (δόλῳ̣ ἀπτῶτι) si hos versus in unum coniungerem. Pindarus igitur, qui epicae dictionis licentiâ parce ac sapienter utitur, etsi ab ῐ dativi singularis elidendo (quae elisio vel apud Homerum rarissima est), se abstinuit (nullum enim certum exemplum Pindaricum exstat; cf. ad O. VIII, 52), tamen, quo ille multo frequentius (praecipue in arsi) usus est elisionis genere, ut ῳ̣ et ᾳ̣ (ῃ̣) — id est ω' et α' (η') — hiatum non facerent, aliquoties in arsi uti non dubitabat, et semel adeo in thesi trochaica (I. I, 16)*).

Denique I. I, 16 ἢ ἰολάου et I. VI, 10 ἢ ὅτε ad elisionem vocalis ε̄ revocari possunt. Plena forma est ἠέ. Ut si apud Homerum Il. α, 145 legas

ἤ' αἴας, ἤ' ἰδομενεύς, ἢ δῖος ὀδυσσεύς,
ἠὲ σύ, πηλείδη . . . . .

ita illis locis ἤ' ἰολάου et ἤ' ὅτε scribatur.

De toto hoc hiatus genere mihi persuasum est, excusationem non tam ab arsis dactylicae licentia quam a natura terminationum ab elisione proxima repetendam esse. Nam cum eadem lex ad omnia huius hiatus exempla valere videatur, ob O. III, 30. XIII, 34. N. IX, 55. I. I, 16 non potest ea repeti ab arsis d a c t y l i c a e vi et natura. Quatenus hoc ad Homerum pertineat, aliis videndum est.

His genitivis et dativis particulaque ἢ exceptis, duobus tantum locis, si recte attendi, N. III, 34 καὶ ἰωλκὸν in trochaica et I. VII, 56 ἀοιδαὶ ἔλιπον in dactylica arsi non corripitur longa ante vocalem vocalis. Possit emendari altero loco ἀοιδαί γε λίπον, nam γε illo loco aptissimum; prior locus, ut iam Bö. ad O. VII, 2 in-

*) His similis est hiatus quem inveximus P. III, 106 ἐπιβρίσῃ, ἕπηται.

dicat, fortasse, ut novem alii, ob digamma vocis Thessalicae ἰωλκός, in censum non venit.

Sunt etiam aliquot loci ob hiatum qui proprie sic appellatur, ut brevem vocalem altera vocalis excipiat, emendandi. Quorum e numero duo tantum, quae in carmine O. V (11. et 16) leguntur, insuperabiles, quos mittimus, cum carmen illud ft. non sit genuinum. De his autem (quos Bö. in libro III de metris tractavit p. 310 sq.) non habeo quod addam, nisi quod generatim tria de omni hiatu observavi.

1. Tota de hiatu quaestio non in numerorum sed in vocabulorum natura vertitur. Petenda est excusatio aut ab exitu prioris vocis per elisionem, aut ab initio alterius per digamma aliosve sonos praepositivos. Veri hiatus tam pauca exempla sunt, ut ferme nullus esse videatur.

2. Ante vocalem ι in quatuor nominibus propriis Ιάλυσος (O. VII, 78), Ἰόλαος (O. IX, 98; P. XI, 60; I. I, 16), Ἰσθμός (I. I, 9; I, 32; fr. 87, 8; ft. etiam V, 5) Ἰωλκὸς (N. III, 34; ft. etiam P. IV 188), sonus qualiscunque fuit hiatum tolerabiliorem videtur fecisse. Cf. ad O. IX, 98 et de ἴδιος XIII, 47.

3. Notabilis est in quibusdam locis rariorum hiatuum concursus, ut in carmine Isthmiaco primo quantumvis brevi tamen sex exempla hiatus inveniuntur, quin vs. 16. triplex, tum vs. 9. 32. 61.

Paullo aliter haec tractat Bö. I p. 101 sqq. 383., excusationem hiatus, excepto digammo, etiam ab arsi rhythmica et ab interpunctione rhetorica repetens. De correptione longarum in media voce cf. ad vs. 78. 79., inter binas voces ad O. XIV, 2.

36 Sch. B et Ro. κατὰ δὲ τὴν πυθίαν, διαύλου καὶ σταδίου τιμὴν ἔλαβε, ubi Bö. κατὰ τὴν πυθίαν δὲ, διαύλου κτλ. edidit; hoc δέ omitti in U notavi. — Etiam in exitu versiculi μηνός τέ οἱ apud Scholiastam Vet. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν μῆνα κτλ. vertitur. Utroque loco τ' non moveam, cum patris victoriae a filii victoriis paullo distinctius separentur, si semel tantum vs. 34 δὲ interpositum est. Sed vs. 39 in optimo codice Thomano θ' non male scribitur pro δ', quamquam nulla est in his vel norma vel necessitas.

39 De Ποτειδᾶνος vide ad vs. 5.

39—41. Hic locus et de genuina scriptura dubitationi obnoxius est, et ut vulgo scribitur ambiguitate structurae laborat.

De lectione tria quaeruntur: 1, utrum nomina propria Τερψίᾳ et Ἐριτίμῳ an appellativa τέρψιες et ἐρίτιμοι scribere praestet; 2, utrum θ' post Τερψίᾳ (τέρψιες) adiiciendum sit annon; 3, utrum futurum ἕψονται an aoristus ἕσποντο an denique praesens ἕπονται scribendum sit.

Ad 1. Et paucorum mssorum vestigia et Scholia Vetera persuadent, appellativa ista e propriis orta esse errore librariorum et rerum personarumque ignoratione. Nimis expresse de hac Xenophontis stirpe Scholiasta loquitur quam ut haec ad inania grammaticorum commenta redire credas. Nam quamquam duplex stemma proponit

```
Ptoeodorus        Terpsias               Ptoeodorus  Terpsias
    |                 |                       |           |
Thessalus  Eritimus | Namertidas          Thessalus   Namertidas
    |                                         |           |
Xenophon                                  Xenophon    Eritimus
                                                          |
                                                      Autolycus
```

ut de cognatione non prorsus constitisse appareat, tamen duorum cognatorum nomina (Namertidas et Autolycus) haud facile ex suo capite et ingenio sumpserit.

Ad 2. Origo lectionis (cui θ' addidisse videntur recentiores) facilius credas explicari si θ' olim post τερψίᾳ scriptum τέρψιες fuerit, ita progrediente corruptionis decursu ΤΕΡΨΙΑΙΘ — ΤΕΡΨΙΑΙϹ ΤΕΡΨΙΕϹ. Contra moneri possit, probabilius esse τε olim fuisse scriptum quam θ. Auget difficultatem quod duo vel tres perboni libri γ' (γε) post τέρψιες praestant. Mihi videtur delenda esse particula (fere ut O. IV, 9), quae et traditionis fide atque auctoritate laborat et ambiguitate quâdam ac perversitate structuram afficit. Nec in Scholiis ante Germanum duplex τε memoratur. Est enim mera corruptio Sch. B μακρότεραι καὶ πλείους ἀκολουθοῦσι καὶ ἐπιτερπεῖς ὕμνοι καὶ μέγιστοι., ubi alii (ut HTU) μακρότεραι τέρψιες. αἱ πλείους ἀκολουθοῦσι νῖκαι ἐπιτερπεῖς καὶ ὕμνοι μέγιστοι.

Ad 3. Codices consensu futurum praestant, ut et inter Sch. Vet. ἕψονται repetitur, sed paraphr. Vet. praesens ἀκολουθοῦσι offert. Id Moschopulus habet ἕψονται, ἀντὶ τοῦ ἕπονται, ἤγουν ἀκολουθοῦσιν. Aliud Scholion quod aut Thomae aut Triclinii est ἕψονται] ἠκολούθησαν αὐτῷ τῷ Θεσσαλῷ. ἔστι δὲ τὸ ἕψονται ἀντιχρονισμός, ἢ τὸ μέλλον μαντευό-

μενος λέγει. τούτου δὲ ὄντος ζῶντα νοήσαις τὸν πτοιόδωρον. gl. Σ ἠκολούθησαν αὐτῷ τῷ Θεσσαλῷ. gl. Mosch. ἕπονται. Paraphr. Germ. γενήσονται. Recte autem Sch. Vet. ἕψονται non solum de futuro sed etiam de praesenti tempore intelligere videtur, ut insequens δηρίομαι eidem non praesens tantum est sed etiam futurum. Sunt enim haec ἐξ παραλλήλου posita, ut ad vs. 43 demonstrabo. Non accipiemus igitur nec Bothii coniecturam ἕσποντ' nec Pauwii ἕψαντ' (quae tamen Bothianae praestat; cf. Hesych. ἕψατο, ἠκολούθησεν), nisi gravioribus rationibus cogentibus, quae ad interpretationem pertinent.

De interpretatione tria quaeruntur: 1, quae sit verborum structura; 2, quid sit μακρότεραι ἀοιδαί, utrum nimis longa, an longius durantia an uberiora carmina; 3, quid sit ἕπομαι.

Structura aut elliptica est aut perfecta. Illud si statuimus, αὐτῷ (i. e. Thessalo) ad ἕψοντ' subaudiendum est tanquam verum obiectum, cui primum adiungendi sunt dativi Τερψίᾳ τε Ἐριτίμῳ τε, deinde vero toti enunciato σὺν Πτοιοδώρῳ adnectendum est. Quae Schmidii et Dissenii ratio stemmatis quidem quod Sch. tradunt consensu commendatur, sed duritie et obscuritate laborat: „Sequantur (secuta sunt) una cum patre [Thessali] Ptoeodoro [eum, Thessalum] et Terpsiam et Eritimum longiora carmina.“ Nemo hoc poterat vel legens vel audiens intelligere.

Sin perfecta est verborum constructio, poeta non loquitur de Thessalo et tribus aliis, sed de Ptoeodoro, Terpsia, Eritimo tantum. Iam duplex via construendi patet. Verbum ἕπομαι aut cum dativis Τερ. et Ἐριτ. consociatur ut his praemittatur σὺν Πτ. π. adverbialiter (Böckhii ratio), aut cum σὺν copulatur, ut deinceps carmina et Ptoeodorum patrem et Terpsiam Eritimumque prosequi dicantur (Tafel, Heimsoeth, Schneidewin). Altera mihi, ut verum fatear, satis inconcinna et minime poetica videtur esse structura, nam aut σὺν ad Τερψ. et Ἐριτ. subauditum invenustum est aut iunctura verbi ἕπεσθαι cum simplici dativo confusa cum altera rariore (ἕπ. sq. σὺν) molesta. Ipsa autem verborum collocatio persuadet ut ne praeposita illa σὺν Πτ. π. cum reliquis coniungamus. Permaneo igitur in priore verborum iunctura, cum Böckhio, etsi vehementer desidero, cum eodem, verba Πτοιοδώρῳ σὺν πατρί ad patrem Terpsiae et Eritimi referri posse. Böckhius autem cum a Scholiorum auctoritate discedere non ausus esset, Hartungus ausus est, non sine causa observans esse etiam inter ipsos Scho-

liastas Veteres aliquam de cognatione discrepantiam et dubitationem. Utut est, θ' post Τερψίᾳ cum deleveris, quod pertenui mssorum fundamento nititur, tota constructio aliquanto minus ambigua erit. Iam quivis legens nisi stemmate genealogico expresse admonitus haec de duobus cognatis Xenophonti aequalibus eorumque de patre Ptoeodoro dicta accipiet, non de patre (Thessali) Ptoeodoro, (patruo Thessali) Terpsia, (filio s. nepote huius patrui) Eritimo; quae summe foret artificiosa atque obscura enumerandi ratio.

Etiam μακρότεραι cum Bö. et Ht. de longius durantibus intelligo, cf. P. XI, 52. Denique futurum ἕψονται ita teneo, ut horum Oligaethidarum laudes Isthmiacae diutius duraturae esse dicantur. Uberiores si vellet poeta intelligi μακρότεραι, nihil aliud diceret atque „de his victoribus nunc quidem breviter agi- „tur, alio loco aliter fusiusque dissereturˮ. Sed id ab horum verborum nexu alienum. Comparat poeta Oligaethidarum decora cum aliis, dicit igitur et diutius eorum permansuras esse Isthmias laudes, et Pythias Nemeaeasque plures esse quam multorum aliorum. Tum demum a nimia laude se revocat (vs. 47). Quodsi iam vs. 40 contrahenda sibi vela esse diceret, oppositionis vim infringeret. Igitur μακρότεραι non valet, me arbitro, „nimis longa“.

Nec supervacaneum videatur monere lectores, in tali loco, qui de rebus atque personis prorsus ignotis agat, non id quod certum sed tantum quod probabile sit effici posse. Vide Epist. ad Fr. p. 28.

43 Vide ad vs. 21. — Nec Hm.[3] πολίεσσι nec Bg.[2] πόλισιν ut accipiam persuadeor. Haec enim est summa verborum ornatissimorum. „Oligaethidarum victoriae aliarum et multarum gentium victorias excedunt.“ Quo progressus est poeta ab illo „hosce vel tres vel quatuor Oligaethidas diutius duratura carmina prosequentur quam alios.“ In utroque comparatio inter Oligaethidas et alios victores instituta est; rursus in utroque de laude poetica post victoriam futura sermo. — Vide etiam ad vs. 39 sqq.

44 gl. B θαλασσίων, πολιῶν, ad πο[ν]τιᾶν adscripta. Cf. O. I, 71.

45 sqq. Totius loci contextus perspicacior, si Pindarum, quod plus semel factum esse constat, h. l. Hesiodi civis sui memorem fuisse putamus. Is enim O. et D. vs. 639 (694) ait

μέτρα φυλάσσεσθαι. καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.

ubi Ascraeus id agit ut ne quis nimia onera navi lucri cupiditate

permotus imponat itaque integram navim demergat. Haec cum memoriâ teneret Pindarus, facile ad res nauticas devenire poterat, ideoque ἴδιος ἐν κοινῷ σταλείς hinc aptum est, ut ne nimium privatae laudis onere navim poeticam deprimat, sed etiam Corinthi recordetur etc. Dicit enim „Ego igitur, quamquam huius carminis navim [privatâ] laude onerare, lege Hesiodeâ, vetamur, tamen, quum etiam civis vestes evectus (vel: etsi privatus evectus) publicas merces agam, non fallam spem eorum ad quos devenio, de Corinthi laude. Has merces imponam et divendam oportet. Nostro sensui fortasse γαρύσω οὐ ψευδόμενος ἀμφὶ Κορίνθῳ melius conveniret, quam γαρύων οὐ ψεύσομαι, nisi hoc coniunctum sentias pro οὐ σιωπάσομαι. Nam hoc vult „celebrabo Corinthum prudentiae et bellicae virtutis causa." Quo fundamento posito ad singula de Sisypho, Medea etc. enarranda pergit. — Vox ἴδιος (de cuius digammo vide Bö.) Vett. Scholiastis et glossographis (συγγενής gl. T εἷς ἐξ ὑμῶν gl. OZ al.) non privatus sed civis cognatus valebat. Etiam N. VI, 33 ἴδιος est proprius, non privatus. Tamen cum opponi sibi videantur ἐν κοινῷ et ἴδιος (ut apud Homerum ἴδιος et δήμιος, et ut saepe apud Platonem aliosque ἴδιος et κοινός), Scholiastas egregie falli credas. — Particula δὲ aptissima, cum eius sit, qui eandem sententiam continuat, autem; γάρ alienissimum est.

Ceterum quantumvis de generalibus huiuscemodi sententiis nihil decernere praestet, tamen hoc adiiciam. Si et μέτρον et καιρός*) abstracta atque moralia sunt, infinitivus νοῆσαι qui interpretes recentiores vexavit subiecto καιρός uti possit, ita „Apta est in unaquaque re moderatio, temperantia vero ad considerate agendum maxime idonea." Vereor autem ne haec de infinitivo argutius contra Böckhium (qui idem esse ait cum ἄριστόν ἐστι νοῆσαι καιρόν) moneantur, cum infinitivi adiiciendi magna sit apud Pindarum aliosque poetas licentia. Cf. N. IV, 94 et Rh. XVIII, 303; porro P. IV, 146; XI. 26; I. IV, 45 etc. Videtur „Optima opportunitas attentu" dici posse pro „Optima opportunitas quae attendatur", hoc autem pro „Optimum attendere opportunitatem", infinitivo νοῆσαι pro ὥστε νοεῖσθαι posito; qualis conversio multis linguis

*) „Die besonnene Wahl des Rechten zur rechten Zeit, der Tact." Est hoc sensu καιρός synonymon μέτρον s. μέτρων et Pindaro et Hesiodo, sed valet etiam „opportunum tempus." Compara nostrum vuoc, vuoge.

communis est. — Scholion [DG]IU etc. [non in B] cum Heimsoethio ita ἄριστός ἐστι καιρός, νοῆσαι τὸ μέτρον i. e. τὴν συμμετρίαν. Eodem sensu in H supra νοῆσαι] τὸ τῆς συμμετρίας adscriptum est.

49 ἐν „ut bellum gestum in armis" Di., bene. Cf. ad O. II, 63. et Rh. XVIII, 303 sq. Inest metaphora; incedit πόλεμος virtutum heroicarum quasi armis tectus. Male Ht. πόλεμόν τ', ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ σίσυφον etc. i. e. „inter heroicas virtutes non silebo respectu Corinthi Sisyphum" omnes nervos et iustam membrorum aequalitatem praecidens. Recte vetustiores intt. σίσ. et μήδ. per appositionem ad priora obiecta (μῆτιν τε πόλεμόν τε) applicata esse existimabant, ut exempla; vel ut γαρύων subaudirent, quod paullo durius sed de summa re perinde est. Gl. N ad σίσυφον est οὐ ψεύσομαι, gl. C γαρύων πάλιν. Omnes et scripti et editi (excepto Ht.) post Κορίνθῳ (plenius plurimi) interpungunt.

50 Quomodo οὐ ante σίσυφον bonis quibusdam (sed non optimis) libris irrepserit, e glossâ vocis Κορίνθῳ pro genitivo habitae recte explicavit Bö. Indidem ortum Κορίνθου in duobus mss.

51 Vide ad vs. 7. „Si quid mutandum esset, scriberem αὐτάν." Bö.[1] — Mss. nihil eiusmodi praestant quod certum sit, nam Urbinati (R), qui αὐτήν habet, e deterioribus libris veteribus cum sit, non multum tribuo.

55 Dialecticam formam τάμνειν e quatuor libris bonis reposui: cf. Germ. Sch. p. XXII. Est O. XII, 6 τάμνοισαι in omnibus bonis (excepto Vaticano), sed P. III, 68 omnes in communi forma τέμνων consentiunt.

57 κομίζοντες de conatu (vide Ta. Di.) iam a veteribus intt. capitur, ut a Moschopulo ζητοῦντες κομίσασθαι et gl. Palatini tertii θέλοντες κομ. — Rell. praesens praesenti reddunt. — Hck. κομίξοντες, male.

58 τοῖσι Bö. recte „coram Graecis (Danais)" de Diomede (Il. ζ, 144 sq.), cuius immemor Scholiasta fuerit necesse est, cum durissime „apud Troianos" vel „coram Lyciis i. e. Troianis" exponeret. — δὲ quod praecedit Sch. pro καί dictum accipiunt; est pergentis a generalioribus ad singula.

65 Sch. Vet. ἄγε δὴ οὖν (U om. δή) δέχου τοῦτον τὸν χαλινόν. Vide ad vs. 21.

65 φάνασε] Cf. N. X, 76 et de hac aliisque formis hyperdoricis

ad P. IX, 93. Non ausus sum φώνησε reponere, sine libris, sed Pindaricum φώνασε fuisse non credo.

66 ἀργᾶντα] Sch. Vet. εὐθαλῆ καὶ μέγαν; gl. F πίονα; gl. ΟΤΣ λευκόν. — ἀργὸν] gl. recc. περιφανῆ, εὐτραφῆ. — Solutio arsis in hoc carmine non admodum offendit; cf. ad vs. 21. 78. Tonosis ἀργάντα ex antiqua scriptura ἀργάεντα relicta esse videtur, ut φωνάντα O. II, 85 in Ambrosiano primo, ἀλκάντας O. IX, 72 et P. V, 67 in multis perbonisque libris. Et Scholia Vetera diserte ἀργάεντα agnoscunt, et Eustathius (vide Bö. Bg.) ter ἀργᾶντας ταύρους e Pindaro laudat. Quae singularia vocabula ita copulata ad alium locum Pindari atque ad hunc ipsum quem legimus pertinere veri dissimile est.

62 Accentum vocis κυάναιγις ad fidem optimi libri Vaticani mutavi. Nescio quo pacto vulgata tonosis κυαναιγίς defendi possit.

69 Compara I. VI, 12 Δωρίδ' ἀποικίαν . . . ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ, ubi ἐπὶ ὀρθῷ σφυρῷ terminum actionis significat ut h. l. simplex dativus.

73 Vide ad vs. 7.

76 Kayseri coniecturam optime confirmat Mediceus quintus (E). Eodem redit δαί aliorum librorum. Etiam O. VI, 23 pro ᾇ τάχος in optimis est αἶ τάχος. Moschopulus e Schol. Vet. paraphrasi (vel ex gl. inde orta) ὡς temere arripuit. Cf. O. II, 55. XI, 10. al.

78 Sine haesitatione Moschopuli correctioni καρταίποδ' obtempero. Etiam I. V, 38 in nonnullis libris κρατεραίχμαν invenitur et O. XIII, 91 κρατύνειν in multis; cf. O. IX, 100. Apud Hippocratem καρτεραύχην legitur et ab Hesychio καρταίνω offertur pro κρατέω. — Hesiodea ἀνόστεος (polypus) O. et D. 494 (524); πέντοζος (manus) ib. 687 (742); ἴδρις (formica) ib. 723 (778); Aeschylea μύωψ (i. e. οἶστρος) Suppl. 292; ἄναυδοι παῖδες τᾶς ἀμιάντου (pisces maris) Pers. 572; ἡ ἀνθεμουργός (apis) ib. 615 aliaque hoc genus vocabula aut popularis sermonis sunt aut sacerdotalis, ad quem Scholiasta ducit Delphorum hoc bovis nomen proprium fuisse testatus. Orientalem colorem consulto ita orationi impertiri G. Hermannus observat ad Aesch. Pers. 572; sed sunt etiam popularia eiusmodi et iocularia nomina ut ἀηδώ(ν), luscinia; κερδώ, vulpes; καλλίας, simia etc.

78 Tres tantum scripturae in codicibus obviae ἀναρύη (vett. et Thom.), ἀνερύη (Moschop.), ἀνρύη (ἀν' ρύη) (Tricl.); eadem ratio tripertita apud Scholiastas obtinet, ut suam quisque lectionem exprimat. —

Scripturas editorum αὐεζύη, αὐζύη, αὖ ἐζύη nullus meorum mss. praestat, nisi quod fortasse Leidensis alter (Moschopuleus) αὐεζύη correctione invexit. Quamobrem Böckhio hoc „in plurimis“ Oxoniensibus idem „in omnibus“ libris inveniri dicentibus nescio an fidem derogare liceat, praesertim cum αυ et αν a collatoribus in legendis codicibus minus exercitatis facile confundantur. — Glossae sunt σφάξεις (N), σφάξῃ (O), θυσίαν ποιῆται (P), θύσῃ (H) in vett.; ἀνατρέπῃ, σφάζῃ, θύῃ in recc. — Schol. Vaticanum (B) ἀναζύῃ δὲ, ἀντὶ τοῦ σφάζεις, ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. ὡς ὅμηρος. αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα. Idem paulo aliter collocatum est in [D]HTU etc. κραταίποδ' ἀναζύῃ] ὡς ὅμηρος· αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα . . . . ἀναζύῃ δὲ σφάζῃ, θύῃ, ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. — Editor Romanus illa Vaticana (de suo ut videtur) mutavit ita αὐεζύῃ δὲ ἀντὶ τοῦ σφάζεις. ἀπὸ etc., ut Pindarum Homero exaequaret. At vetera lexica (Hesychii; Eupol. apud Suid.) etiam ἀναζύειν pro σφάζειν, αὖ ἐζύειν (αὐεζύειν) Homerico usurpatum esse contendunt, neque dissentire videntur huius loci Pindarici interpretes. Quare acquiescendum esse in eo quod optimi libri testantur visum est, etsi ἐζύω inusitatum est pro ἐζύω. Hm. cum Triclinio facit, sed soluta arsis memet non offendit; vide ad vs. 21. 66. — Vide etiam Germ. Sch. p. 64.

78. 79. γαιαόχῳ et ἱππεία reposui ad fidem optimorum librorum; illud epitheton nunc Doederl. in Gloss. Hom. p. 54 (vide Nitzsch. in Ph. XII, 10 sqq.) ad γαίω (γάω, laetor) revocat; id si verum, ε eo minus aptum est. Homerus semper γαιήοχος, primâ longâ, Hesiodus Theog. 15 γαιήοχον primâ correptâ, ut h. l. Pindarus. Tantum constat formas γεωμόρος, γεωγράφος non recte ad ε huius formae defendendum adhiberi. Eadem ratione P. IV, 233 αἰόλει scripsi (cum Ro. Be. Hy.) non ἐόλει (cum Bö.*). De qua voce vide Bu. Lexil. II, 78 sqq. Gr. Gr. II, 164; Annal. Lips. 1826 num. 276. pag. 2201. Retinui etiam ἰχνεύων P. VIII, 35. At haec latius patent.

De correptione vocalium longarum ante vocales in mediis vocabulis vide Valck. ad Phoen. Eur. 1475; Bu. in Mus. Antiqu. II, 386; in G. G. I, 46 sq. II, 417. 446.; Ma. § 23, b; de Pindarica prosodia Hm. de dial. Pind. p. 9 sq.; Bö. I, p. 289. 424. 492; cf. 438. 459.; de Crisi § 20. 29; Ah. D. A. 79 sq. 100 sqq.; D. D. 184 sq. 187 sqq. 378 sq.

Quinquaginta vel saltem quadraginta loci in censum veniunt:

1. ει corripitur in ἱππείῳ O. I, 101; ἵππειον P. II, 12; ἱππείαν P. VI, 50; ἱππείων N. IX, 9; fortasse etiam in Ἱππείᾳ O. XIII, 79; [Ἵππειον I. VI, 11.] — λατρείαν N. IV, 54; [fortasse etiam in νυμφείαν P. III, 16]. — Αἰάντειον O. IX, 112; [fortasse etiam in Λαομεδοντείαν I. V, 29.] — Κλειοῦς N. III, 83; ft. etiam in Καδμεῖοι N. IV, 21. — Ἀρείας N. IX, 41. — βατείᾳ O. VI, 54; δουλείας P. I, 75; εὐμενείᾳ P, XII, 4; εὐσεβείας O. VIII, 8. — μαντείων P. XI, 6; Ἰσμήνειον P. XI, 6. — Θειαῖος N. X, 24; Θειαῖε N. X, 37.

2. αι corripitur in Γαιαόχῳ O. XIII, 78; αἰόλει P. IV, 233; ft. etiam in Κλεωναίου N. IV, 17.

3. ευ corripitur in ἰχνευόντων P. VIII, 35; ἔχευαν I. VII, 58.

4. οι corripitur in τοιαῦτα P. VIII, 55; ft. etiam in ποίᾳ (herba) P. VIII, 20; παντοίων N. V, 25.

5. ῳ corripitur in πατρῴων N. IX, 14.

6. υι corripitur in υἱέων N. VI, 23.

7. ω corripitur in ἥρωας P. I, 53; ἥρωα P. III, 7; ἥρωες P. IV, 58; ἡρωίαις N. VII, 46; ft. etiam in ἥρωας N. IV, 29. — Τρωίας I. VII, 52; [Τρωίᾳ N. II, 14;] (Τρωίαν N. III, 60;) IV, 25; [I. V, 28;] Τρωίαθεν N. VII, 41.

8. α corripitur in τετραόροισιν N. VII, 93; ft. in Ἀωσφόρος I. III, 42 ut cum ω coalescat.

9 ι corripitur saepius, ut in ἰοχέαιρα P. II, 9; μητίονται P. II, 92; Ἴαμος O. VI, 43 (producitur ib. 71); πιαίνων P. IV, 150; ἀνίαισι N. I, 53 (producitur P. IV, 154); ἀνιαραῖς O. XII, 11; ἀνιαρότατον P. IV, 288; Κρονίων P. III, 57; IV, 23; N. I, 16; IX, 28; X, 76 (producitur P. I, 71; N. IX, 19); nisi Ἴαμος, ἀνία, Κρονίων diversi generis sunt.

10 υ corripitur in ῥύονται I. VII, 53.

Quaeritur num in eis quae sub 1. 2. 3 recensentur recte ab editoribus nostris diphthongus expulsa sit. Obloquitur enim tantum non omnium veterum codicum auctoritas. Purissimi quique libri ubique haec per diphthongum scribunt, exceptis locis tribus uncinatis. Nam P. III, 16 omnes boni libri νυμφιδίαν offerunt; I. V, 29 pauci qui exstant in Λαομεδοντίαν; I. VI, 11 iidem (excepto Tricliniano ε′) in Ἄργος Ἵππιον consentiunt, quae forma in ῑος terminata cognomenti propria videri posset, nisi O. XIII, 79 omnes non interpolati Ἱππείᾳ Ἀθάνᾳ praestarent. Est etiam codicum fluctuatio inter Ἰσμήνειον et Ἰσμήνιον P. XI, 6 sed illa forma, ut in temenico, praestat. In reliquis exemplis bis tantum pauci

vett. diphthongum non agnoscunt, dico O. I, 101 duo ἱππίῳ (COac); P. XII, 4 septem εὐμενίᾳ ([G]IV[WXY]Z); porro tres Thomani ἱππίᾳ O. XIII, 79*); unus deterior βατίᾳ O. VI, 54; pauci deteriores κλεός (κλέος) N. III, 83. Ne interpolatores quidem sibi constant. Intacta relinquunt omnes μαντείων, αἰόλει, ἰχνεύων, sed consentiunt in correctione ἱππικῷ, Αἰάντεον, Κλεοῦς (?), βατίᾳ, εὐμενίᾳ (gl. Tricl. Ἰωνικὴ συστολή), εὐσεβέων (cum notissima interpolationis confessione), Ἰσμήνιον (gl. Tricl. διὰ τὸ μέτρον), Γεαόχῳ. Longius progressus est Moschopulus, qui δουλίας et deae cognomen Ἱππίᾳ scripsit O. XIII, 78, simplex vero possessivum ἵππεον P. II, 12 et ἱππέαν P. VI, 50; quid de N. IX, 9 et I. VI, 11 statuerit et num formas λατρείαν et Ἀρείας probaverit nescimus, nam ibi desunt exemplaria Moschopulea. Triclinius, ut assolet, antiquae traditioni pronior, non solum ἱππείᾳ, ἵππειον (P. II, 12), ἱππείαν, ἱππείων, δουλείας, λατρείαν, Ἀρείας, Θειαῖος, Θειαῖε, [ἔχευαν] non movet, sed etiam I. VI, 11 — si ex retractato codice (ε′) coniecturam facere licet — Ἵππειον invehit. Idem modo Τροίαν etc. modo Τρῴϊαν etc. probavit, sed Moschopulus N. III, 60 Τροΐαν invexit; Triclinius N. IX, 14 πατρῴων inepta correctione πατέρων expulsum esse voluit.

Satius igitur duxi haec omnia ad idem licentiae prosodiacae genus revocare nec movere antiquiorem scripturam, sed (exemplo Triclinii) signum correptae syllabae supra notare. Homerus, etsi ἱππιοχαίτης et ἱππιοχάρμης habet, tamen nusquam ἵππιος dixit, sed ἵππειος passim. Quodsi apud Atticos poetas ἵππιος non infrequens est ut nec εὐσεβίας aliaque similia, de his non decerno, utrum ab initio prosodiace et graphice tantum, an phonetice etiam et intellectu ab ἵππειος et εὐσεβείας diversa fuerint, sed apud Pindarum, si locupletiores testes consulimus, nulla causa est cur diphthongos obmutuisse credamus. Sin ad intellectum haec Pindaro quoque pertinuerunt, ut inter posessivum θεμίστειος (O. I, 12) et andronymicum Θεμίστιος (N. V, 50; I. V, 65) distinxit, putaverim O. XIII, 78 Ἱππίᾳ et I. VI, 11 Ἵππιον sed in reliquis sive longa sive brevi opus est ἵππειος scribendum esse. Ego vero de hac voce Triclinium (excepto O. I, 101 ubi ille cum Mosch. intolerabile adiectivum in -κος exiens probavit) secutus sum, sed de meo dedi Λαομεδοντείαν, collato Etym. M. 226, 52. Idem tamen λάτριον O. X, 28 ob λατρείαν N. IV, 54 movere nolui, cum diversa illius adiectivi potestas ft.

*) Iidem O. XIII, 65 ἵππιον scribunt ubi penultimâ longâ opus est.

diversae formae causa fuerit. Nec movi traditum ἵἑρεα (ἱερέα) P. IV, 5, cum N. I, 39 synizesis fieri videatur in βασίλεα (βασίλεα), etsi libri βασίλεια offerunt.

De tota re admodum difficili adeundus est Lobeckius in egregia disputatione ad Soph. Ai. v. 108. Nobis pauca de Pindaro delibare liceat quae ex diligenti librorum inspectione metrique cognitione redundarunt.

Omnino hic poeta dilatationis epicae quâ ει pro ε ante vocales ponere licebat, parcissimus cultor exstitit. Metusiastica semper ei in εος terminantur, nunquam in ειος. Semper χρύσεος, χάλκεος, ἀργύρεος, σιδάρεος, κυάνεος, βόεος (de corio), νεκτάρεος, πορφύρεος, (κρόκεος,) φοινίκεος, βρότεος dicit, nunquam χρύσειος etc.; hinc fit, ut nec Pausaniae codicibus fr. 25 χρύσειαι exhibentibus quidquam tribuendum sit (vide Bg.[2]) nec quod veteres Pindari libri I. III, 33 χαλκείῳ habent, invito metro, et singuli passim similia praestant.*) Haec menda esse septuaginta locorum consensu evincitur. Non minus igitur stabilis est terminatio εος in his quam in στερεός, κενεός, ἀγάθεος, δαιδάλεος, κερδαλέος, ἁρπαλέος, θαρσαλέος; παρδαλέα, ἀνορέα; ut in epectasi ἀδελφεός, δένδρεον etc. Immo haec omnia ad synizesin vocalium εο et εα inclinant, ut vel in ipsis primitivis νέος, θεός et in νεαρός. Eandem legem sequi videntur oxytonon ἀφνεός et nomen fluminis Ἀλφεός, quae vicies ita collocata inveniuntur ut metrum brevem penultimam vel postulet vel saltem admittat. Nec codices refragantur**). Porro in nominibus propriis ut Ὀρσέας et Πυθέας sic Αἰνέας, Αὐγέας, Βορέας et quater Ὑπερβόρεοι, etsi fuerunt qui Ὑπερβόρειοι praeferrent (cf. Steph. Thes. et Lo. Parall. 220); ut Τεγέα, Νεμέα, Μιδέα sic Μαντινέα dixit codicum et metri consensu. Denique non admisit diastolen s. parenthesin κλεῖος, κλείω, πνείω, πλείω, πλείονα, ῥείω, ut nec πνοιά, ῥοιά, sed semper dixit κλέος, κλέω, πνέω, πλέω, πλέονα, πνοά, καταπνοά, ἀμπνοά,

---

*) Velut O. X, 15 χάλκειος Δ; O. I, 87 χρύσειον CO; P. IV, 4 χρυσίων F[ac]; ib. 234 βοείοις E, F, G,; I. III, 36 φοινικείοισιν ἑζ' — omnia metro invito. Cadunt eodem nomine coniecturae Sm. νειανίᾳ O. VII, 4 et αἰνείων I. VI, 32.

**) Bis plurimi diphthongum scribunt, sed Ambrosianus recte ε habet (O. VII, 1. et 16); septem locis pauci tantum mss. diphthongum praestant, dico O. I, 10. 20. 92; VIII, 9; IX, 18; N. I, 1; VI, 18; ter in singulis libris ἀλφιῶ et ἀλφιοῦ legitur O. II, 13; VI, 58; VIII, 9; novies omnes in εος consentiunt O. III, 22; V, 18; VI, 34; X, 48; XIII, 34; N. I, 15; VII, 19; P. XI, 15; I. I, 66; hinc fr. 87, 1 et 239, 4 emendanda sunt.

εὐθύπνοος etc., excepto uno loco O. III, 31 ubi πνοιαῖς optimi et plurimi mss. exhibent, consentiente metro, etsi penultimâ in thesin trochaicam incidente ferri potest πνοαῖς quod EFMR^ac exhibent.[1]) Sed de ἀκειόμενον P. IX, 104 constat. Tamen omnino lyricum poetam ab epica huiuscemodi dilatatione alienum fuisse manifestum est, cum praesertim Doricis numeris formae graviores quales sunt χρύσειος, χάλκειος, Ἀλφειός, Αἰνείας etc. aptissimae fuissent. Hinc colligitur non recte Böckhium P. IX, 16 (cum Mosch. Cp. al.) et I. III, 82 (cum Sm.) traditas formas Κρέοισ' et Κρεοντὶς in Κρείοισ' et Κρειοντὶς commutavisse, cum utrubique per theseos trochaicae (et P. IX, 16 etiam per primi systematis) ac nominis proprii licentiam vulgata ferri possit. Nec eundem v. d. N. VI, 30 (33) εὐκλεῖα scribentem pro εὐκλέα (recte Ah. Sw. εὔκλέ' ἀπ.) sequor; similiter Moschopulus P. IX, 56 propter falsam metri cognitionem εὐκλειέα scribens erravit.[2])

E contrario nomina propria Ἀρείας, Θειαῖε, Θειαῖος, Κλειοῦς correptâ diphthongo uti videtur voluisse, ut et cteticum Αἰάντειον. Nulla apud hunc poetam ctetica a propriis facta in $\overline{\text{εος}}$ exeunt, cum Κυκνέα O. X, 15 et Νεστόρεον P. VI, 32 ipso metro convellantur, ut Ἰαπετεονίδος O. IX, 55 quod exceptis EF omnes vett. habent. Multa vero per $\overline{\text{ειος}}$ derivantur ut Ἀδράστειος, Ἄρειος, Δεινομένειος, Ἡράκλειος, Κάρνειος, Καστόρειος, Ξενάρκειος, Ὠαριώνειος; his non solum Κύκνειος et Νεστόρειος sed etiam Αἰάντειος et Λαομεδόντειος addantur oportet, nisi quod haec penultimam corripiunt. Porro Μήδειοι P. I, 78 et quae in ethnicorum numerum transierunt Ἀργεῖοι, Ἀλεῖοι, Καδμεῖοι, agonisticum Νέμεια; Ἐπειοί et nomen fluvii Πηνειός. Deinde ab appellativis ducta αὔλειος, δούλειος, οἰκεῖος, θεμιστεῖος, παιδεῖος, γυναικεῖος; ἔτειος, ὄρειος, θέρειος; ἀκέρδειος et ἀγένειος; μείων et ἀρείων; substantiva periectica vel temenica πρυτανεῖον, μναμεῖον, μαντεῖον, hoc semel correpta penultima, ut et Ἰσμήνειον; feminina προμάθεια, ἀλάθεια, ἀτρέκεια, ὑγίεια, ἀφάνεια quibus correpta penultima accedunt βάτεια (hoc accentu?)[3]) δούλεια (hoc ac-

---

[1]) Aliis locis pauci per vitium diphthongum praestant, ut O. II, 72 παραπνείουσιν A; XIII, 87 πνειοῦσαν N; VI, 83 πνοιαῖς CNO; P. III, 103 πνοιαὶ CMV.XX^ac. Immo vel in his fit synizesis ut in πνέον P. IV, 225.

[2]) Sui generis est μεθομήρεος fr. 18, si recte relatum est.

[3]) Fortasse haec vox ab abstractis ad periectica deflexit quemadmodum nostra Waldung, Holzung; ut sit „spinetum“, „dumetum“.

centu?) εὐσέβεια, εὐμένεια*); propria Ἀστυδάμεια, Ἱπποδάμεια, Ἰφιγένεια, Ἰφιμέδεια, Κυπρογένεια, Πρωτογένεια, Μήδεια, Ὑψιπύλεια, Ψαμάθεια; Λακέρεια et ft. Μινύεια; simile adiectivum σχοινοτένεια. Nusquam femininae adiectivorum positiones εὐθεῖα, γλυκεῖα etc. nec per ἕα scriptae nec correptâ penultimâ usurpatae inveniuntur. — Alia ctetica et ethnica multa per ῑος formantur ut Ποσειδάνιος**), Ἀπολλώνιος, Ἀγαμεμνόνιος, Ἑλλάνιος, Ἑλικώνιος, Ἀταβύριος, Βοιώτιος, Αἰγύπτιος, Ὀγχήστιος, Στυμφάλιος etc.; ἐναγώνιος, ἀγώνιος, μεταμώνιος, ἐπιχθόνιος, ἐπαυχένιος, δαιμόνιος; quemadmodum εὐδαιμονία, εὐτυχία, ἱερομηνία, νεομηνία, μεγαλανορία, εὐανορία aliaque multa quae nusquam nec ε nec ει habent.

In his nulla est formarum instabilitas nisi quod passim ηϊ de more epico pro ει admittitur, ut in ἀρήϊος, μναμήϊον, Καρνήϊος, μαντήϊον. Apparet igitur, si qua est codicum mss. fides, Pindarum non minus systoles Ionicae quam diastoles sive parentheseos epicae infrequentem fuisse atque omnino suam cuique vocabulo terminationem servavisse, non inter binas ternasve fluctuasse. Discrimen in singulis non formae sed mensurae est.

In tanta constantia pauca tamen adiectiva vere diversas formas et intellectus videntur induisse: τέλειος et τέλεος, λάτρειος et λάτριος, νύμφειος et νυμφίος, παρθένειος (ήϊος) et παρθένιος. Si Homerum (qui τέλεος non novit) atque Pindaricorum ἔτειος, ὄρειος etc. (quae nunquam per ε̄ος formantur) analogiam sequimur, Pindaro quoque τέλειος vindicandum est. At rarum est hoc adiectivum apud Homerum, in hymnis autem utraque forma apparet ut apud ceteros. Obstat praeterea codicum consensus de forma Ionica τελέαν P. VIII, 24 (exceptis E[ac]F qui τελίαν praestant) et quod satis probabili coniectura O. XIII, 110 τελε̄́αν e Sch. restituimus, tum quod fr. 87, 12 (99, 15 Bg.[2]) metrum τελέαις εὐχωλαῖς videtur postulare etsi apud Athenaeum τελείαις invenitur, denique fr. 67 (75 Bg.[2]) χορευτὴν τελεώτατον. Ter in omnibus τέλειος penultimâ

*) Sed male N. III, 7 Moschopulei ἀθλονικεία scribunt, nec melius unus Thomanus O. VIII, 14 εὐπραξείας. Etiam O, VII, 99; X, 76; P. I, 38 terni codices vocem θαλία male per diphthongum scribunt.

**) Id male per diphthongum scribitur O. X, 26 in BMX*xy* recte per ι in ceteris, ut in omnibus O. V, 21; N. VI, 42; cf. Lo. ll. p. 114. — Etiam Θεμίστειον N. V, 50 male in ε' — De Ἀπολλώνιος et Ἀγαμεμνόνιος omnium mss. consensus est.

longâ legitur: P. I, 67; IX, 89; N. X, 18, ubi in Ζεῦ τέλειε et in τελεία ματέρι hoc adiectivum activa potestate utitur, fortasse etiam tertio loco, ut τέλειον ἐπ' εὐχᾷ sit ὃ τελεῖ τὴν εὐχήν. Altera forma[1]) semper passivam notionem habet. Sic λατρείαν N. IV, 54, quod in omnibus mss. invenitur[2]), correptâ mediâ, activam significationem videtur habere pro λατρεύουσαν de persona[3]), sed λάτριον O. X, 28 (ubi in nullo ms. est λάτρειον) passivam vel neutralem „ministerialis" de mercede servitutis. — Aliud discrimen inter νύμφειος et νυμφίος obtinet, quorum illud rei, hoc personae est. Recte igitur se habet νυμφείας εὐνᾶς N. V, 30 et νυμφίον ἄνδρα P. IX, 118 sed aliena est coniectura Moschopuli P. III, 16 τράπεζαν νυμφίαν, ubi potius pro antiquo mendo νυμφιδίαν altera forma νυμφείαν, correpta media, reposuerim. Denique simile discrimen inter adiectivum παρθενηΐοις (γλεφάροις) N. VIII, 2 et andronymicum (Ἥραν) Παρθενίαν O. VI, 88 obtinere videretur, nisi O. VI, 31 παρθενίαν ὠδῖνα et P. XII, 9 παρθενίοις κεφαλαῖς in omnibus mss. (ει in nullo) legeremus, ut et genitivum substantivi παρθενίας I. VII, 45. Pindaricum igitur videtur fuisse παρθένιος, sed semel Homericum παρθενήϊος a poeta admissum est. — De ἵππειος et Ἵππιος supra dictum est. Videtur poeta in voce ἵππειος ut in ἥρωα etc. et Τρωΐα etc. correptionis amantissimus fuisse. Longam penultimam ἵππειος ter habet O. XIII, 20. 65; N. IX, 22, etsi O. XIII, 20 brevis ferri potest. — Est etiam vicissitudo formarum in voce βασίλεια, nam βασίλειαι O. XIV, 3 legitur, sed βασίλεᾱ (βασιλέα) vel potius βασίλα[4]) N. I, 39 satis probabili coniectura pro βασίλεια repositum est. — In aliis formarum vicissitudinibus multo liberior fuit Pindarus, ut in ξένος et ξεῖνος, κοινός et ξυνός, κλεινός et rarius κλεεννός, κενεός et semel κεινός, πεῖρας et πέρας, χειρός et χερός etc.; μοῦνος et μόνος (cf. ad O. VIII, 1); ft. εἱλίσσω fr. 250. Traditio de solo ἐνάλιος metricae necessitati refragatur; cf. ad O. II, 65 et P. II, 79. — Inter αἰεί et ἀεί

---

[1]) Quae fortasse ita metusiasticorum speciem habet, ut id significet quod τέλους plenum est. Compara ἀφνεός, βρότεος.

[2]) In eodem carmine vett. saepius ει male pro ε exhibent; cf. vs. 13. 23. 49. 55; ut et ω pro ο vs. 37. 53. Hinc proficiscenti vs. 54 λατρίαν scribendum est.

[3]) Nisi poeta λάτρειαν ϝιαωλκόν scripsit, ad andronymicorum similitudinem ut σχοινοτένειαν. De digammo vide ad O. IX, 98.

[4]) Idem poeta ubique Φερσεφόνα habet, nusquam Φερσεφόνεια sive Περσεφόνεια, nisi quod I. VII, 55 in libris est Περσεφόνας.

multa est codicum fluctuatio. Sunt qnae persuadeant ut ubique αἰεί (αἰέν, αἰέ) scribamus et ubi prima longa opus est αἰϝεί. Sed omnino digammi in media voce collocandi parcissimus fui, quia huius novationis limites non facile reperiuntur. Non scripsi κλέϝος, ναϝῶν, βοϝῶν, ἄϝισος, ἄϝιδρις, ἑκάϝεργος, sed tria tantum ἀϝάταν, εὐϝαχέα, κλαϝῖδας invehere ausus sum, ubi in ipsa codicum traditione antiquae scripturae vestigia superesse videbantur.

79 G. Hermannus: „εὐθὺς nihil ad rem confert, displicetque etiam propter praegressum ᾇ τάχιστα. Id igitur cum cod. Pal. ἐγγὺς scribendum.“ Adde quod contraria permutatio fortasse O. I, 71 obtinet. Scholiastae Veteris τότε δὴ nimis ambiguum est quam quod vulgatam εὐθὺς tueri possit; nemo dixerit utrum τότε δή ab interprete adiectum sit an voci εὐθὺς exprimendae inserviat. Tantum constat ἐγγὺς non expressum esse in Sch. Vet.

80 δὲ in solo Mediceo secundo omissnm cum invenerim cumque a Sch. Vet. bis agnoscatur, reposui. — Mosch. πληροῖ suum e glossis arripuisse videtur; cf. gl. T πληροῖ γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὰ παρ' ἀνθρώποις ἀπαγορευθέντα πράγματα. Vide Germ. Sch. p. 65. et O. VIII, 8. — τέλλει Hermannianum quominus accipiam ipsorum locorum quos e Pindaro laudat natura me retinet; nam excepta locutione O. II, 70 ὁδὸν ἔτειλαν (ἔστειλαν in non interpolatis) Pindaro non τέλλειν sed τέλλεσθαι (O. I, 76. XI, 6. P. IV, 257) usurpatur, τελεῖν vero activum passim; vide Bö. — Erat cum scripturam optimorum librorum καὶ τὰν παρ' ὅρκον καὶ τὰν παρ' ἐλπίδα κούφαν κτῆσιν non recte a Moschopulo in καὶ τὰν παρ' ὅρκον καὶ παρὰ ἐλπίδα κ. κτίσιν mutatam esse existimarem, sed duplici potius vitio antiquam lectionem laborare, cuius vestigia in Scholiis deprehendere mihi videbar. Sch. B[1] ἐπιτελοῦσι δὲ καὶ παρέχουσιν οἱ θεοὶ καὶ τὰ νομιζόμενα ἀδύνατα, περὶ ὧν ἄν τις καὶ τὴν ἐλπίδα δι' ὅρκων ἀπαγορεύσῃ .... Sch. B[3] δύναται δὲ θεὸς τελέσαι καὶ τὸ μεθ' ὅρκου ἀδύνατον νομιζόμενον εὐχερῶς (ubi alii cum Ro. extrema sic habent νομιζόμενον εἰς περίκτησεν, οἷον εὐχερές. et U νομιζόμενον εἰς περίκτησιν. Ἄλλως. οἷον, εὐχερές.). Ex his coniiciebam τὰ olim in textu fuisse et παρά, hiatu ante digamma vocis ὅρκος (cf. Bu. Gr. Gr. I, 31; II, 464) tolerabili, et solutâ arsi (cf. ad vs. 21. 66. 78.), idque imperiti metrici curâ in τὰ παρ', hoc vero in τὰν παρ' transcriptum fuisse, ita

τελεῖ δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰ παρὰ ϝόρκον καὶ παρὰ ϝελπίδα (sive
καὶ τὰ παρ' ἐλπίδα) κούφαν κτίσιν.

„perficit autem deorum potentia vel ea quae praeter iusiu-
„randum praeterque spem esse creduntur tanquam facilem
„effectionem.“

ut κούφαν κτίσιν esset obiectum quod hodie factitivum appellare solent grammatici. — Verum enim vero quum a Sch. B[2] οὐχὶ τὴν ἐξ ἐπιορκίας ἀλλὰ καὶ ἐνόρκως ἀπελπισθεῖσαν diserte τάν confirmari, et reliqua Scholia, si κτίσιν de more Aeschyli generaliori sensu accipere liceat, non dissentire videam, cum praesertim etsi ad intelligendum paulo difficilior tamen multo magis concinna et poetica videatur esse proleptica adiectivi κούφαν attractio, redeo ad emendationem Moschopuli atque explicationem Dissenii. — Possis quidem hunc versum permutatis vocibus τελεῖ et κτῆσιν cum reliquis de metro exaequare, ita

κτῆσιν δὲ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον καὶ παρὰ ϝελπίδα κούφαν τελεῖ

quae scriptura et servat optimorum librorum lectionem κτῆσιν et κούφαν arctius cum τελεῖ coniungit. Sed quum κτῆσιν (etsi ita collocatum commodum sensum praestat) non diserte in Sch. B appareat, paraphrasis vero generalior ad κτίσιν (effectionem) magis quam ad κτῆσιν (possessionem) apta esse videatur, non audeo verba traiicere. Vide τάν eodem modo inculcatum omnibus vett. mss. P. I, 77.

80 Fulcrum γ' est in solis Triclinianis, ut semper fere.

81 Vide ad vs. 7. Moschopulus ἔλαβε ex Scholiis adscivit.

82 Vide Germ. Sch. p. 65. — τεῖνον non a sec. m. in Vaticano est, sed (cum in textu tum in lemmate) supra scriptum a vetere manu prima. Porro γέννι (γέννϊ) omnes boni codd. nec refragatur lemma Sch. Vet. quippe quod a Calliergo in γέννυ mutatum est; idem lemma apud Bö. quod γέννυσιν scribitur, vitio operarum tribuendum esse videtur. Deinde γέννυν non solum Guelf. sed etiam Aug. A mihi praestare visus est; sed Leid. B a sec. m. et Caes. E γέννυ' habent, quod si Triclinius voluit reponere, duplici nomine falsus est; cf. O. III, 25; et O. VIII, 52. IX, 112. XIII, 34. — Ceterum qui comma post πρᾳΰ (vel post φάρμακον, ut πρᾳΰ adverbialiter caperent; cf. ad O. VII, 47) inse-

---

*) Etenim Sch. B[13] circumscribere videtur verbis τὰ νομιζόμενα etc. notionem vocabuli κτίσιν (effectio, res effecta, res efficienda) recte. Absurdum est additamentum εἰς περίκτησιν ex falsa lectione κτῆσιν ortum.

rebant idemque post γένυι tollebant, φάρμακον (πραΰ) cum ἕλε copulabant, τείνων (τεῖνον) cum ἵππον. Sch. B καὶ δὴ ἐκ τούτων ὁ γενναῖος βελλερεφόντης μετὰ σπουδῆς ἔλαβε τὸν χαλινὸν, καὶ τὸν πτερωτὸν ἵππον (τὸν πήγασον) ἐχαλίνωσε. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, τείνων (supra τεῖνον) ἀμφὶ γένυι. πραῢ δὲ, τὸ [πρα]ῦνον καὶ ἡμεροῦν, ὡς ἀντιφάρμακον ἰατρικόν. λέγει δὲ τὸν χαλινόν. Vetus igitur interpres eadem ratione verba construxit, nisi quod supra scripto τεῖνον indicavit, posse etiam participium ad φάρμακον applicari, quod, cum in reliquis haec thesis longa sit, vix largiemur. — Moschopuli Commentarius verba coniunxit ut nostri interpretes faciunt, recte, nam τείνειν, quod cum χαλινόν consociatum facile intelligitur, cum ἵππον non sine perversitate ad idem rediret. Exempla saltem verbi τείνειν ita usurpati desidero.

83 Imperfectum tueri videntur interpretamenta Sch. Vet. ἐπειρᾶτο — ἐγυμνάζετο — ἐπετέρπετο — ἐποιεῖτο — ἐμάχετο. Describit potius quam narrat poeta.

85 G. Hermannus ἐρήμων scribendum esse dicit quia „ἐρήμου „eo loco positum, quo, quoniam ψυχρᾶς praecesserit, non exspecte„tur aliud epitheton aetheris, invenustissimum sit.“ Recte quidem hoc dicit, sed non opus est emendatione. Est enim a casu recto ἡ ἔρημος (sive τὸ ἔρημον, ut Hom. Il. ε, 140?) αἰθέρος ψυχρᾶς. De huius deserti κόλποις agitur, ut imago de cavo recessu eo magis apta sit. Interpungit U αἰθέρος ψυχρᾶς, ἀπὸ κόλπων ἐρήμου, Sch. Vet. ἐρήμου adiectivum habet, perperam; pro adiectivo exspectares ἐρήμας: cf. O. I, 6 et ad N. IX, 43. — Poetae ingenia mutabilia, neque ulla causa impedit quominus idem qui uno loco de „aethere deserto“ locutus sit alio loco de „aetheris frigidi deserto“ loqui possit. — Sed cur idem alio loco αἰθέρος ἐρήμας alio vero αἰθέρος ἐρήμου dixerit, numeris ad neutram formam invitantibus, nulla est causa. Philippus Melanchthon ψυχρᾶς ἐρήμου i. e. frigidae solitudinis coniunxerat: collocatio verborum mihi magis quam Philippo favet.

86 Participium βάλλων de conatu coeptaque re accipi potest, ut καὶ prius etiam, καὶ alterum atque valeat, ita: „Cum hoc „equo olim quoque, cum in eo esset ut Amazonidum agmina „feriret, etiam Chimaeram atque Solymos interfecit.“ Nam primum Chimaeram, tum Solymos, postremo loco Amazones vicit Bellerophon: Hom. Il. ζ, 179—186. Aut ita construo ut ἀμαζονίδων στρατὸν καὶ χίμαιραν καὶ σολύμους obiecta sint verbi finiti ἔπεφνεν,

verba αἰθέρος .... βάλλων (i. e. iaculatus) primo membro interposita sine obiecto pro μετέωρος ὤν. Id videntur significare Θ Al. Cp. commate ante ἔπεφνεν collocato. Alterutrum ut magis concinnum et poeticum praefero finito verbo, nam nec imperfectum βάλλεν placet nec βάλεν metro admittitur. Ambigas quidem quid Sch. Vet. ante oculos habuerit, cuius hae duae in Vaticano exstant paraphrases. 1, μετὰ δὲ τοῦ ἵππου ὤν, ἢ σὺν αὐτῷ ποτε, καὶ τὸν στρατὸν τῶν ἀμαζόνων, τὸν ἐκ τοῦ ἀέρος τοῦ ἐρήμου (καὶ τῶν ψυχροτάτων τόπων τῶν ὑπερβορέων, ἤτοι τῶν ἐν σκυθίᾳ· κρυώδης γὰρ καὶ δυσχείμερος), μετέωρος ὤν, ἀνῄρει καὶ ἐνίκα. (quae non recte discerpta sunt in vulg. ed.). 2, ἐνίκησε δὲ σὺν αὐτῷ καὶ τὴν πυρίπνουν χίμαιραν, καὶ τοὺς σολύμους ἀνεῖλε. — Quodsi paraphrastes verbum pro verbo reddidit, is βάλλεν γυναικεῖον στρατόν, καὶ χίμαιραν πῦρ πνέοισαν (sc. ἔβαλεν), καὶ σολύμους ἔπεφνεν legit, quod admodum invenustum esse reor. Sed id velim lectores intelligant, non posse Bellerophontem Amazones ferientem et Chimaeram et Solymos interfecisse perhiberi, ut, verbi causa, Caesar Pharnacem superans et Gallos et Pompeium superasse dici non potest. — Omnino καί — καί, binis membris aequalibus seorsum coniungendis adhibitum, non admodum frequens est nec Pindaro nec aliis poetis; cf. O. VII, 94 καὶ ποτ' ἀστῶν καὶ ποτὶ ξείνων; IX, 23 καὶ ἀγάνορος ἵππου καὶ ναός (θᾶσσον); P. IV, 152 ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον καὶ θρόνος ᾧ etc.; N. VII, 53; X, 26; I. I, 7 sqq. In his paucis exemplis (quibus innumera opponi possunt quae τε — καί et permulta quae τε — τε exhibent) bina opposita ita manifesto coniunguntur ut quasi unam notionem efficiant. Quae ratio minime cadit in nostrum locum, ubi nulla est nec oppositio nec coniunctio naturalis. — Sed O. VI, 55, ubi de ambobus unius floris coloribus agitur, τε καί ad fidem Ambrosiani codicis reponere non dubitavi. Sunt enim radii violae (Gelveigeli, Goldlack) non solum flavi (albicantes) sed etiam fusci (nigricantes). Hi duo tantum colores exstant, non tertius vel quartus. De τε — καὶ vide plura ad O. XIV, 5.

87. Vide ad vs. 21.

88 Dialecticum δέκονται, quod Bö. invexit, auctoritate Parisini G confirmavi; unus tantum locus P. I, 98 restat ubi, si exstaret Vat. B, fortasse δέκονται testatum haberemus. Falsus sum in Germ. Sch. p. XXII. — ἀρχεῖται commentum solius Triclinii esse apparet; in οὐλύμπῳ, quod Moschopulo acceptum referimus, acquiescendum est; cf. ad O. VIII, 1.

92 Moschopulus μοίσαισι quod invenit in μοίσαις, εἴκων in ἕκων commutavisse videtur. Illud recte. De hoc fortasse Scholion Vetus persuasit Moschopulo, etsi ambiguum est .... εἴκων] οὐ γὰρ ἦλθον δι' ἄλλο τι, ἀλλὰ ταῖς μούσαις ἐπίκουρος καὶ ὑπηρέτης, ἵνα τοὺς κορινθίους τούτους τοὺς ἀπὸ τῆς φατρίας τῆς ὀλιγαιθίδος καλουμένης ὄντας ἐπαινέσω καὶ τὰ πραχθέντα ὑπ' αὐτῶν ἐν τῷ ἰσθμῷ καὶ τῇ νεμέᾳ. Moschopulus igitur εἴκων, ἤτοι ὑπείκων, ὑπηρετῶν exposuit, quocum glossae ὑποτασσόμενος (F), ὑπακούων (Σ) consentiunt. Nostrum ἑκών quod post Morelianam cum Pauwio invexit Heynius nec e Sch. Vet. praesidii quidquam accipit (nisi quod gl. Palatini est ἑκών) nec e mss. (nam Leid. A casu potius hoc scripsisse censendus est, est autem codex infimae notae). Moschopulea forma sine exemplo est, etsi εἴκων non absurdum, „cedens imperio", „sub imperio", quasi suae artis impulsu abreptus. An ἵκων s. ἱκών scribendum est, prima brevi, ut P. II, 36, ubi Bö.[2] (cum Bth.) ἑκόντ' pro ἵκοντ' (nihil aliud traditum est) scripsit, ut ἱκών ἔβαν ἐπίκουρος pro praedicato iungenda sint? An denique ϝίκων forma dialectica fuit pro εἴκων? At digammi scribendi nulla h. l. causa fuit; nec talium correptionum exempla suppetunt. Videant alii.

94 sqq. Ἔξορκος inde ab Hm. pro adiectivo acceptum est. Sch. Vet. παύρῳ δ' ἔπει θήσω [δ' ἐπιθήσω B]. ἀντὶ τοῦ ἐν ὀλίγῳ καὶ συντόμῳ λόγῳ διάδηλα καὶ φανερὰ πλεῖστα πράγματα καὶ ἀθρόα [ἐπιθήσω καὶ addit B] ποιήσω. ἤ,τοι ἐν ὀλίγῳ φανερὰ τὰ πολλὰ ποιήσω, ἀληθὴς δὲ περὶ τούτων καὶ ἐξαίρετος ὅρκος ἔσται. ὀμνύειν δὲ βούλεται ὡς ἀληθεύων ἐν τοῖς ἐπαίνοις. Ἄλλως. ἰδίως ἔφη ἔξορκος, ἢ ἀντίορκος.*) ὀμόσω οὖν αὐτὸς, φησὶ, τοὺς ἀπὸ τῆς φατρίας ὀλιγαιθίδος ἐξηκοντάκις (ἐξήκοντα B) νενικηκέναι ἀμφοτέρωθεν, τουτέστιν ἔν τε ἰσθμῷ (ἰσθμοῖ B) καὶ νεμέᾳ κεκηρῦχθαι αὐτούς. βοὰ κάρυκος (κήρ. B) ἐσλοῦ] λείπει τὸ ἀνεκήρυξεν αὐτοὺς, ἡ τοῦ κήρυκος γλῶσσα (βοὰ pro γλ. B) ἐξηκοστὸν νικήσαντας. ἐξηκοντάκις γὰρ ἀμφοτέροις τοῖς ἀγῶσιν, ἰσθμίοις καὶ νεμέοις, ἀνεκηρύχθησαν οἱ ὀλιγαιθίδαι, λ' ἐν ἑκάστῳ ἀγῶνι.

Ex his duo videntur colligi posse 1) ἔξορκος (ut ἐξάγγελος, ἐξαπάτη) sive ὅρκος (praecedente ἐξ i. e. ἐκ τούτων τῶν ἀγώνων) pro substantivo fuisse nonnullis saltem veteribus; 2) ἐπέσσεται iisdem non ad subiectum βοά sed ad ἔξορκος s. ὅρκος pertinuisse, ad βοά autem praedicatum ἀνεκήρυξεν αὐτούς subauditum fuisse.

Hoc si componimus cum scriptura quam traditam habemus,

---

*) Haec inde ab ἰδίως in U omissa sunt.

isti ita locum legisse atque intellexisse videntur: „Brevi autem „verbo dicam plurima, veraxque mihi testis [huius dicti] aderit, „sexagies autem utrinque vox praeconis.“*)

In quo offendimus eo maxime quod testis iurisiurandi (quo narrationem suam poeta confirmat) alius (Iupiter?), alius vero videtur praeco esse, cuius vox dictum poetae testata sit. Sin δὴ pro δ' vel ἑξηκοντάκις pro ἑξηκοντάκι δ'**) scribimus, vox dulciloqua boni praeconis verax est dicti Pindarici testis. Nam ὅρκος est proprie non iusiurandum, sed id quod iurantes obtestamur, ut in Homerico illo ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος et in Pindarico καρτερὸς ὅρκος ἄμμιν μάρτυς ἔστω Ζεύς (P. IV, 167). Quid vero ἔξορκος sit, dubium. Nam nec hoc vocabulum nec ἀντίορκος (quo Sch. Vet. utitur, nisi ἢ ἀντὶ τοῦ ὅρκος voluit) apud scriptores Graecos inveniri silentio lexicographorum constare videtur. Nec satis tuto ex ἐξορκόω et ἐξορκίζω (i. e. iure iurando obstringere) coniectum est, ἔξορκος adiectivum esse, quod valeat iuratus (Bö.) vel adiurans (Hm.). Nec praeco cur iuratus fuerit, manifestum; nec quidquam eiusmodi senserunt veteres huius loci interpretes; hi omnes de poeta iureiurando ea quae protulerit affirmaturo loquuntur. Quanquam igitur, ut in re dubia, nihil decernimus, tamen liceat cum aliquatenus permanere in interpretatione vetusta, tum proponere coniecturam, utrumque δ' ut deleatur ita:

Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ παύρῳ ϝέπει θήσω φανέρ' ἀθρόα, ἀλαθής τέ μοι ἔξορκος (ἐξ ὅρκος B) ἐπέσσεται ἑξηκοντάκις ἀμφοτέρωθεν ἁδύγλωσσος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

Paullo concinnius, si verba Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ prioris sententiae παύρῳ etc. partem faciunt, nec opus est durâ constructione, qua illa cum prioribus coniungi solent — aut „quod attinet ad Isthmia et Nemea“ (Bö.) aut „ad Isthmia et Nemea [profectus]“ (Sdt.). Dicit hoc: „De Isthmiis et Nemeis facinoribus paucis defungar, atque sexagies utrinque audita vox praeconis adstipulabitur mihi.“ Hoc ornatius dictum pro: „Ne multa, sexagies vicerant, de quo numero praeconis vocem obtestor.“

Structuram quominus agnoscerent vett. interpretes, δ' iam

---

*) Nisi (quo ducit Sch.[2]) aut δὴ aut nullam particulam legentes hoc voluerunt „veraxque hoc iusiurandum dabo: sexagies utrinque dulciloqua vox boni praeconis [eos victores renunciavit].“

**) De hac crasi constat; cf. Bö. Nott. critt. p. 420. Ah. de Cr. et Aph. p. 3; est autem δὴ in tali nexu maxime Pindaricum; vide Hm.

olim impedimento fuerit oportet. Id quum passim pro δή scriptum inveniatur, hoc δή Hermanianum retinui.

Etiam Recc. consentiunt: Comm. (et gl.) Mosch. καὶ ὅρκος ἔσται ἐμοί et gl. Tricl. ἐξαίρετος ὅρκος. — De γάρ (quod Moschopulus a Sch. Vet. surripuit) actum est. Cf. ad vs. 7.

Thomanum (etsi non magni facio) idem vult: ἤγουν εἰ ὅρκῳ χρήσομαι ὡς κατὰ ἀλήθειαν καὶ οὐ πρὸς χάριν ἐπαινῶ αὐτὸν, ἀληθεύσω. Is igitur verba ἔξορκος ἐπίσσεται seorsum accepit pro „haec tam „confidenter proferre possum, ut si vel iureiurando firmarem, non „metuerem ne peierarem."

Omnes mss. meliores plene post ἐπίσσεται distinguunt.

99 sq. δ' (quod Bö. invexerat sine libris), percommodum et in quibusdam mss. atque apud Scholiastam testatum est, ut non adducar ut moveam. Deleatur potius δ' post νῦν vs. 100.

101 Excepto uno omnes mss. boni articulum ante γενέθλιος inserunt. In reliquis arsis non est soluta.

102 ὑπ' cunctanter reposui ex tribus. Cf. vs. 107. P. I, 64. N. VI, 46. al. et ad O. VI, 40. 77.

103 Duo optimi codices alter Vaticanus (B) et Parisinus septimus (C) scripturam praestant, quae hucusque latuit vel potius obscurata evanuit. Nam Sch. Vet. in Vaticano codice haec habet τὰ δ' ἐπ' ὀφρύϊ παρνασίᾳ] ἀντὶ τοῦ τὰ δὲ ἐν δελφοῖς πύθια. ἐκ τοῦ παρακειμένου ὄρους λέγει. ὅ ἐστι πυθία ἑξάκις. καὶ ἐν ἄργει δὲ ˌκαὶ ἐν θήβαις. ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ ὅ[πως δεσπ]ότης γέγονε τοῦ στεφάνου, ὁ βωμός ἐστι μάρτυς ὁ τοῦ λυκαίου διὸς καὶ ἡ ἐκεῖ ἀγομένη πανήγυρις· ἐκεῖ γὰρ νικήσας ἐστέφθη. Eadem in Ro. Br. PSt. Ox. Be. leguntur (nisi quod in his lemma paullo explicatius, dico ἐν ἄργει θ' ὅσσα addita sunt, et quod ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ δὲ ὅπως scribitur); sed Be. (I, 498) locum ita constituit ἐν δελφοῖς πύθια (ἐκ τοῦ παρακειμένου ὄρους λέγει τὰ ἐπ' ὀφρύϊ παρν., ὅ ἐστι Πύθια) ὁσάκις, καὶ ἐν etc.; idem Be. in lemmate δ' ὅσσα pro θ' ὅσσα scribit, quod vitium Hy. iteravit. Idem Hy. (tacite) invexit ὅ ἐστι Πύθια. ὅσα τ' ἐν Ἄργει δὲ καὶ ἐν Θήβαις ἄλλα. καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ etc., quae repetita apud Böckhium inveniuntur, sine nota. Caesareus eodex (U) ὅ ἐστι πύθια: τὸ δὲ ὅσσα τ' ἀρκάσιν, ἀντὶ τοῦ καὶ ἐν ἀρκαδίᾳ δὲ ὅπως etc. — Gott. in textu detritam chartam, sed maiorem ante . . . .'ν ἄργει δ' lacunam habet, quam quae unâ literâ ε commode expleatur. Mediceus quartus (Q) vocem ἄργει in litura positam ostendit. — Ex his (praesertim cum ἑξάκις illud

coniecturis tantum Beckio-Heynianis e Sch. Vet. expulsum esse videatur) colligo θ᾽ ὅσσα (δ᾽ ὅσσα) glossema eiiciendum et ἓξ (sc. νίκας) ἅρατο (ἅρατο) reponendum esse, quae insignis quidem sed neque invenusta neque inaudita breviloquentia est. In Sch. Vet. ft. ita scribendum est τὰ δ᾽ ὑπ᾽ ὀφρύϊ παρνασίᾳ ἓξ ἅρατο] ἀντὶ τοῦ, τὰ δὲ ἐν δελφοῖς πύθια· ἐκ τοῦ παρακειμένου ὄρους λέγει· ὅ ἐστι, πύθια, ἑξάκις ἐνίκησεν. ἐν Ἄργει δὲ καὶ Θήβαις ἄλλα· καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ δὲ κτλ. ut iubeamur ad ἓξ subaudire νίκας ἐνίκησεν, ad ἐν Ἄργεϊ καὶ Θήβαις supplere ἄλλα. — Sin autem in vulgata acquieveris, quomodo illud ἓξ ἅρατο poetico sermone tam conspicuum explicabis? Legitur ἐξάρατο (ἐξᾄρατο potius, ab ἀείρω) loco O. IX, 10 qui toto coelo diversus est, nisi quod ibi de ἀκρωτηρίῳ Ἄλιδος agitur, ut h. l. de ὀφρύϊ Παρνασίᾳ. Haecne ut compararet (quamvis diversissima) aliquis ad O. XIII alterum locum in pervetusti exempli margine adscripsit? Indene Scholiorum ἑξάκις interpolatum? At Parisini codicis consensus (ubi ob ὁμοιοκάταρκτον omissum videtur ἅρ[ατο] et scriptum ἅρ[γει]) me quidem a tali suspicione magis magisque avertit, ut ὅσσα potius vulgatum e glossa invectum esse censeam. Sane optabile esset has res aliquanto maiore cum fiducia exploratas habere; sed vereor ut unquam ad liquidum perduci possint. Nostrates quidem haec omnia de Oligaethidarum victoriis dicta esse existimant; veteres non de his sed passim de ipso Xenophonte loquuntur; quodsi ἓξ ἅρατο Pindarus scripsit, sequentia ad Xenophontem pertinere apparet.

103 Quod scripsi Ἀρκάσιν ἆσσον commendatur quidem eo quod facile vox rarior ἆσσον cum vulgatiore ἀνάσσων confundi poterat, cum praesertim ad hoc ἀνάσσων, quod glossemati insequentis vocabuli ἄναξ inserviebat, oculi facile aberrarent. Sed duplicem interpretationem ἆσσον admittit. Aut cum Ἀρκάσιν copulandum ut N. IX, 40 Σκαμάνδρου χεύμασιν ἀγχοῦ (cf. ad O. I, 89), ut sit „propius ab Arcadibus“ (quam ab Argivis et Thebanis) i. e. „apud Arcades“ ornatius a poeta expressum, fere ut N. XI, 4 ἑταῖροι ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας est „amicorum qui adsunt“ circumscriptio poetica; aut ἆσσον μαρτυρήσει iungendum, coram testari, eâ abundantiâ, qua saepius Graeci utuntur, ut v. c. σχεδόν, O. I, 74. X, 52. P. V, 38 (43) similem in modum redundat. Cf. P. XII, 27; N. VII, 49. — Paraphrasis Vetus supra laudata aut nimis generalis est quam quae certum auxilium ferat, aut ita a nostra traditione aliena ut textum inde comminisci hariolationis

potius quam divinationis sit. — Ἀρκὰς ἀνάσσων et ab aliis merito repudiatum est et ab ipso G. Hermanno ut „arcessitum, cum praesertim iam Λυκαίου ἄναξ audacius dictum sit.“ Sed quod vir eximius nunc proponit Ἀρκάσι μάσσω, non magis persuadet, quippe iam ob similem vocem μάσσον' vs. 109 incommodum. Reliqua pericula cum aliorum Ἀρκάσιν ἄθλοις (Ky.), Ἀρκάσιν ἔργα (Ra.), Ἀρκασίδαισιν (Bg.[1]), Ἀρκάσι πράχθη (Bg.[2]), tum mea Ἀρκάσιν αὐτοῦ, Ἀρκάσι ναίων, Ἀρκάσιν ἄρχων et ἑσλῶν sive ἑλεῖν pro ἄναξ (ut et ἀνάσσων et ἄναξ glossemata vocis ἄρχων fuerint) nunc parum probabilia esse censeo. Omnia movit, nihil promovit, si quid video, Hartungus, cum scriberet τά τ' ἐν Ἀρκάσιν ἔργα μαρτυρήσαι Λυκαίου βωμὸς ἂν ἑξ. — Nihil quidem Schol. de βωμῷ Λυκαίου ἄνακτι, sed hoc tam prorsus poeticum est ut non facile mittamus. Cf. Aesch. Pers. 387. 389.; estque, puto, ib. 95 ἀνάσσων πηδήματος is qui saltum regit (saltûs capax est).

105 De mensura nominis Πέλλανα cf. ad O. VII, 90. — Interpunxi post τε et post Μέγαρ' et vs. proximo post Ἐλευσίς, nam haec est enumeratio, ubi singula deinceps nominantur. Alienum τε — καί eo sensu de quo ad O. XIII, 87 et XIV, 5 dictum est.

109. ἰδέμεν] ἀριθμεῖν Ht. — ἰδεῖν U,[2] — Vide ad vs. 21. — Inventum Pauwianum ἄνα (quod ipse Pw. et Bö. Hm.[2] Th. Ta. Di. vocativum „o rex“ esse voluerant) Kayserus pro exhortativo „surge“ habuit et post ποσίν plene interpungi iussit, quod Bg. et Ht. probaverunt. Simile est ἄγε vs. 65.

De brevitate sententiarum in exitu carminum usitata monui ad O. IX, extr.

Sch. Vet. B et Ro. ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσίν: εἶπε τοῦτο πρὸς ἑαυτὸν παρακελευόμενος ἀποδραμεῖν (U ἐκδρ.) ἀπὸ τούτων καὶ καταπαῦσαι τὸν ὕμνον. ἐπαύσατο γὰρ τῶν ἐπαίνων καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ὅτι χρὴ ἀποστῆναι κούφοισι ποσὶν ἀνεπαχθῆ φανέντα. δίδου μοι οὖν, φησίν, ὦ Ζεῦ, τελεστικωτάτην τὴν παρὰ σοῦ αἰδῶ τε καὶ εὐτυχίαν, ἐξ ἧς ἔστι τέρπεσθαι καὶ ἥδεσθαι, ἤτοι αἰδέσιμόν με ποίει καὶ τιμῆς ἄξιον: ἢ οὕτως· αἰδεστικούς τε ἢ (sic B pro τε καὶ) αἰδεσίμους αὐτοὺς ποίει ἐπιμελῶς προαρξάμενος: Pro verbis signatis [DG]IU τελείαν αἰδῶ exhibent. Non facile adducor ut in Scholio ὦ Ζεῦ τελεστικώτατε cum Bö. substituendum esse credam, sed videntur mihi potius librarii recordatione notissimi carminis (Ζεῦ τέλει', αἰεί κτλ, P. I, 67) falsos esse. Fuerit olim in textu τελείαν, etsi hoc ut in ἵππειος aliisque (cf. ad vs. 78. 79.) servari nequit, cum

synizesi opus sit. Cf. P. VIII, 24 (non 25); P. IV, 5 al.; N. I, 39 ubi libri βασιλεια habent pro βασιλεῖα. Poeta hoc dicit: „Iupiter, da mihi integram verecundiam, i. e. reprehensione carentem, in quam venirem si modum excederem iustoque longiore victoriarum enumeratione invidiam excitarem. Da mihi vero etiam dulcem bonorum copiam, qua dignus sum propter hanc modestiam.“ Id quod sibi precatur, sic etiam urbanissime victori ut futurae felicitatis condicionem ac pignus commendat. Exhortationem sui ipsius cum pia prece connectit vox τελείαν. Loquitur de victoris rebus, sed e persona poetae, ut saepe.

OLYMPIA XIV.

Inscr. Audiunt et pater et filius Phormionis Asopius apud Thuc. I, 64, 1; III, 7, 1. 2. Cuius patris nomen apud Pausaniam Asopichus est I, 23, 12, perperam, ut videtur. Nescio tamen an unius codicis (quamvis perboni) Medicei quinti (E) auctoritati nimium tribuerim, cum Vaticana quoque Scholia bis Ἀσώπιχος habeant (294, 27. 37). Ἀσώπιος etiam alibi invenitur, in nummis, sed Ἀσώπιχος forma hypocoristica in Boeotio homine nihil offensionis habet; cf. Lo. Prol. Path. p. 336 sqq. Exstat idem nomen Asopichi in inscriptione Lebadeae reperta C. I. 1575, 9; praeterea nomina Boeotica in ιχος desinentia frequentissima, ut Orchomeniorum Myrichi, Thersandrichi; Hermaichi 1579. 1593, 7. Cf. Ἰσμήνιχος in Arist. Acharn.; Μελάντιχος, Σάμιχος, Καβίριχος, Καράϊχος, Ὁμολώϊχος, Σωσίχα, Ἐγειρίχα in titulis Boeoticis. — De Orchomeno tunc cum haec oda scribebatur Erchomeno appellata mihi cum Cavedonio viro doctissimo et amicissimo satis constat, etsi obsoleta forma in solis ΞϘ reperitur.*) — Quare utriusque nominis formam recentiorem librarii antiquitus videri possint de suo invexisse. — De tempore omnes meliores codices (cum Sch.

*) Cf. Bö. Oec. civ. Ath. II, 384; Expll. Pind. p. 222; Corp. Inscr. I, p. 722, A. — Mionnet Suppl. vol. III p. 516. al. al.

BU etc.; Sch. Thom.; Tricl.) in Ol. 76 consentire videbis; Ol. 77 in Moschopuleis tantum paucisque Thomanis invenitur.

Metr. In dulcissimi carminis numeris cum multa incerta sint, unum tantum movere ausus sum versum quintum. Nescio autem an octavi haec sit mensura

× ⏑ –́ ⏖ – –́ ⏑⏑ – ⏑ ⏓

ut tradita scriptura utrubique servari possit

οὐδὲ (οὔτε) γὰρ θεοὶ σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ
σεῦ ϝέκατι. μελαντειχέα νῦν δόμον

et synizesis fiat in θεοί. Sollicitare vocem consensu traditam μελαντειχέα, quae cum vetustiorum poctarum ac praecipue cum huius poetae (P. I, 27 μελαμφύλλοις) consuetudine congruit, invehere formam compositi (ut videtur) recentiorem vix licet. Antistrophicum autem est σεμνᾶν alteri spondeo λαντει, quod non fortuitum esse censeas. Probabilior quam μελανοτειχέα est coniectura Ky. Rg.[1] ἁγνᾶν, etsi ad hoc quoque scribendum nulla nisi metrica ratio invitat. — Porro de nono versiculo optio est utrum in stropha dialecticam formam κοιρανέοντι expellere an in antistropho aut ἴθι aut (quod per est invenustum) ἔλθ' pro ἐλθέ invehere malimus. Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdin. Medium κοιρανέονται non displiceat: „moderantur suas inter se saltationes epulasque“, etsi exempla huius formae non suppetunt. Cf. ad P. I, 24 et P. III, 78, ubi codd. inter μέλποντι et μέλπονται fluctuant, et ib. 81, ubi e contrario δαίοντι pro δαίονται scribendum duximus.

Omnino in hoc carmine multa sunt quae, quantum intelligo, ad liquidum perduci nequeant. Non dissimile veri est fuisse nostrorum mss. autographon ultimum lacerati codicis folium (Bö. Hm.[2]), quod cum de I. VII constat, tum aliquatenus etiam ad P. XII et N. XI pertinet. Quippe haec volumina seorsum vulgata esse de Olympiis certum, de reliquis generibus credibile est.

1 Scripturam Καφισός, Καφίσιος etc. et optimi aliquot codd. et Inscriptiones probant. Verum vidit Moschopulus. Cf. titulos Boeoticos in C. I. et ad P. IV, 46; XII, 27 notas.

2 „Nisi Bekkerum, accuratissimum virum, latuit varians lectio, „dum ad meam editionem conferebat codicem, Vatic. agnoscit λαχοῖσαν.“ Haec Böckhius. Non licuit retractare codicem illum (Ξ), sed nullus dubito quin Ξ cum reliquis consentiens λαχοῖσαι praestet. Voluerunt nihil aliud nec Vett. nec Recc. Correptas autem ante vocalem vocales longas, etsi saepius in dactylicis,

tamen passim etiam in aliis numeris offendimus, ut P. V, 68; VIII, 96, ubi non opus est emendatione, etsi N. VIII, 25 non venit in censum. Eodem redit Λυδῷ Ἀσώπιχον vs. 17, correpta ῷ longa. Dissentio paululum a Bö. I, p. 102 sq.

5 Ingens est male invectarum particularum in Pindari mss. copia, quoniam ad huiuscemodi interpolationes lyrica breviloquentia et ἀσυνδετοφιλία praecipue invitabat. Exaequavimus igitur vs. 5 et 17, utrinque expulso γάρ, quod etiam O. VIII, 65 optimo codici male irrepsisse vidimus, cum ἀσύνδετον utroque loco orationi convenientissimum et prius γάρ ob vicinum γάρ, vs. 8 iteratum, summolestum esse videretur. Probantibus utroque loco γάρ cum Hm[2 3], puto, σὺν γὰρ ὕμμιν et Λυδῷ γὰρ Ἀσ. scribendum est, blandissimo verborum numerorumque sono. — At de τε eodem versu invecto, licet aliquatenus codicum auctoritate firmetur, est ut dubitemus. Quaeritur num τε καί huic loco conveniat. Nam ut persequamur ea quae supra (ad O. XIII, 87) inchoata reliquimus, haec particularum iunctura ad ea appositissima est quae communi oppositionis cuiusdam vinculo continentur. Quare apud Pindarum haec potissimum per τε και coniunguntur: terra mareque P. I, 14; N. VI, 50; [I. III, 73 sq.] — mors et vita I. VI, 30 — dii hominesque P. IV, 13; IX, 40; fr. 151, 3 — Iuppiter et divi O. VII, 58 — pax et bellum P. VIII, 3 — agere et pati P. VIII, 6 — nunc et olim P. V, 109 — deus ludorum moderator et homines ludorum participes N. X, 31 — pugilatus et quinquertium N. V, 52 — sumptus et labor I. I, 42; V, 10 — musica et cantus P. VIII, 31 — bona et mala (τά τε καὶ τά) O. II, 53; N. I, 30; I. III, 51; IV, 52 — Opulentia et hominum favor (duo summa bona) O. II, 10 — divitiae et honor P. II, 59 — sacrificium et certamen (duo gravissima in ludis) O. VII, 84 — mors et senectus N. X, 83 — ius et iniuria O. II, 16 — fortitudo et sapientia O. XI, 19; fr. 255 — pulcritudo et fortitudo O. IX, 65 — animus et robur P. X, 24; N. I, 57 — fortuna et fama N. I, 32 — laetitia et fama P. XI, 45 — divites et liberales N. IX, 32 — artis peritissimus et potentissimus O. I, 104 — Peleus et Cadmus (par beatissimum hominum) O. II, 78 — par fratum P. IV, 142. 174 — viris (nautis) navibusque inclyta insula N. V, 9 — mater et filia fr. 59, 2 — filii et avunculus (propinqui) I. V, 62 — vos et proavi vestri P. VII, 17 [N. VI, 64?] — ipse (equorum dominus et moderator) et equi O. VI, 14 — ipsi (cives) et civitas O. VIII, 88 —

flavi et purpurei radii (ambo in uno eodemque flore conspicui) O. VI, 55 — vates et miles O. VI, 17 — nec prece nec pretio adeptus fr. 151, 8.

Eiusdem notionis binos terminos coniungit τε καί in τρεῖς τε καὶ δέκ' ἄνδρας O. I, 79; Hom. Od. ξ, 20 etc., notissimo Graecismo. Cui similis ratio est in πολλάν τε καὶ ἡσύχιον . . εἰρήναν P. IX, 22, figura grammatica. Etiam alia magis ad ἓν διὰ δυοῖν inclinant: χειρῶν τε καὶ ἰσχύος ἀνίοχον N. VI, 69 — φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρηόν τε θρασυμήδεα καὶ δεινὰν στάσιν N. IX, 13 — ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι καὶ ῥιμφαρμάτου διφρηλασίας O. III, 37 — Πίσας τε καὶ Φερενίκου χάρις O. I, 18 — Syracusae et Ortygia O. VI, 92.

Porro ea in quibus non naturalis est oppositio sed quae ob certam quandam causam opposita cogitantur ut Hyllus et Aegimius fr. 4, 3 — Gratiae et Venus fr. 60, 3 — Gratiae et Tyndaridae N. X, 38 — Diana et Minerva N. III, 50 — Thebae et Sparta N. XI, 33—36; I. I, 25 (29) — Aegina et Cyprus N. IV, 47 — Corinthus et Cleonae N. X, 42 — Isthmia et Nemeaea victoria I. VII, 4.

Comprehensio binorum membrorum passim augetur praefixo ἀμφότερον (ἀμφότερα) O. I, 104; VI, 17; I. I, 37 (42).

Hinc patet τε in quattuor locis supra laudatis iniuria sollicitatum esse: O. I, 79; VI, 55; XI, 19; P. IX, 40; — e contrario I. V, 31, ubi nulla fit inter Μερόπων ἔθνεα et Ἀλκυονῆ vel oppositio vel coniunctio expressa, τ' (quod etiam aliis rationibus convellitur) eo magis displicet.

Noluerim tamen ignorare lectores, opposita etiam per simplex τε aut simplex καί — de duplici nemo dubitabit — posse coniungi. Velut N. 1, 57 „animus et robur“ per τε καί copulantur, sed idem per simplex καί coniunctum videbunt P. IX, 30; ac si I. I, 37 (42); V, 10 „sumptus et labor“ per τε καί coaluit, idem per τε simplex copulatum est O. V, 15; cf. τὰ καὶ τά P. VII, 22; τῶνδε κείνων τε O. VI, 102. Verum in his oppositio quidem est sed ea non exprimitur particulis. Exempla huius τε simplicis sunt O. II, 43sq.; VI, 97; VII, 10. 12; VIII, 19; IX, 43. 66. 94; X 37; XII, 4; P. IV, 182. 245; V, 111; XII, 4; N. III, 19. 51; IV, 67; VII, 19. 50: X, 48; I, III, 28.; — simplicis καί O. V, 1; IX, 28; P. V, 60; IX, 63; N. VII, 31; VIII, 8; I. IV, 5 al. Teneatur autem, in his locis etiam τε καί suo loco positum fuisse, si poeta sic voluisset.

Amplificatur illa binorum per τε καί iunctura tertio membro addito. Exemplnm esto O. III, 8 ubi primum lyra et tibiae communi instrumentorum musicorum notione continentur, tum quasi ultro additur „verborum compositio.“ Quamobrem aliter interpungam ac nostris editoribus ὀλιγοδιαιρετικωτάτοις placuit, dico

O. III, 8. φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν καὶ βοὰν αὐλῶν, ἐπέων τε θέσιν
P. IV, 148 μῆλά τε γάρ τοι ἐγὼ καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίημ', ἀγρούς τε πάντας, τούς . . .
P. X, 4 Πυθώ τε καὶ τὸ Πελινναῖον . . . ., Ἀλεύα τε παῖδες
N. III, 60 ἀλαλὰν Λυκίων τε . . . καὶ Φρυγῶν, Δαρδάνων τε, καὶ
N. IV, 8sq. Κρονίδᾳ τε Δὶ καὶ Νεμέᾳ, Τιμασάρχου τε πάλᾳ
N. IV, 75 Οὐλυμπίᾳ τε καὶ Ἰσθμοῖ, Νεμέᾳ τε
I. III, 73 γαίας τε πάσας καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ, ναυτιλίαισι τε πορθμὸν ἁμερώσαις
fr. 107 κεῖνοι γάρ τ' ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι, πόνων τ' ἄπειροι

nam in his compluribusque aliis pausam mihi videor maiorem ante tertium membrum persentiscere, quam inter primum et secundum. Eodem pertinet τε tertio loco post simplex τε adiectum O. VII, 78; post simplex καί O. XII, 18; P. X, 59. Inservit haec particula persaepe addendis corollariis, ut recte per ad hoc, etiam, denique exprimatur.

Diversa ab his ea sunt exempla in quibus τε seorsum aliquam orationis partem cum antecedentibus connectit. Hic pausa inter τε et καί fiat necesse est, quod nescio an saepius quam in nostra editione factum est virgulis significare oporteat, ut in illis.

O. X, 62 χείρεσσι, ποσίν τε, καὶ ἅρματι
P. V, 65 Λακεδαίμονι, ἐν Ἄργει τε, καὶ ζαθέᾳ Πυλῷ
P. IV, 49 τότε γὰρ μεγάλας ἐξανίσταντας Λακεδαίμονος, Ἀργείου τε κόλπου, καὶ Μυκηνᾶν

Etenim omissâ virgulâ species orationis ἀσυνδέτως bipartitae atque alterius membri subdivisi eiusque partium per τε καί copulatarum exoritur, quae ratio dura et a consilio poetae plerumque aliena est. Quippe enumerationis haec sunt. Omnino multigenae sunt in enumerando particularum iuncturae. Tria membra, ut supra, per | — τε — καί consociantur O. VI, 95; X, 13—15 (?). 62; P. IV, 49; V, 65; VI, 6 (ubi tertium effertur addito μάν); XI, 9; N. III, 84; VII, 78; per | — τε — τε O. II, 12; V, 7; VI, 5; N. IX, 34; I. V, 57; per | — καί — καί O. VIII, 47. 69; P. II, 87; per τε — καί — καί fr. 89; per τε — τε — τε I. VII, 54; quattuor per τε —

τε — τε — καί I. I, 48; per τε — καί — τε — καί N. III, 60 sq.; per | — τε — τε — καί O. V, 11; per | — τε — τε — τε O. V,17; — quinque per | — καί — τε — καί — τε (καί) P. VIII, 100; I. I, 52 — 57; — sex (septem) per | — καί — [τε] — τε — καί — τε — καί P. IV, 194—196; — undecim (duodecim, tredecim) per | — (τε) — καί — τε — τε — καί — καί — τε — τε — καί — τε — τε — (καί) O. XIII, 102—108; undecim per | — τε — τε — καί — τε — τε — καί — τε — τε — τε — τε O. VII, 84—90. — In his passim quaeritur, utrum vel καί — καί vel τε — τε vel τε — καί complexu quodam ligare an utramque particulam seorsum informare praestet; aliis verbis, quantum poetae subdivisionis, quantum vero directae quae singula deinceps adiiciat enumerationis esse voluerit. In universum hoc teneatur alia aliis locis apta esse*). Tum ubi iam primo cuique membro particula inhaereat, primi et secundi complexum fieri, ad quem adglutinetur tertium, ut supra de τε — καί — τε demonstratum est, et vel quartum, ut in illo I. I, 48.

μηλοβότᾳ τ' ἀρότᾳ τ', ὀρνιλόχῳ τε, καὶ ὃν πόντος τρέφει

ubi pastor et agricola seorsum praecedunt, tum adiectus est auceps, deinde piscator. Non credo orationem esse ἀσυνδέτως bipartitam, ut utraque pars subdivisa sit. Omnino poetam magis cumulatio decet quam logica subdivisio velut in altero I. V, 57 sq.

Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον, ὦ Μοῖσα, ταμίας,
Πυθέᾳ τε, κώμων, Εὐθυμένει τε·

ad Phylacidam primum adiicitur Pytheas deinde Euthymenes, non quo Pytheas et Euthymenes comprehendantur ut Alcmenae Ledaeque filii P. IV, 171 sq. aliaque multa quae particulis τε — τε seorsum continentur. Quibus rationibus permotus aliquoties, ubi τε et καί, τε et τε, καί et καί separanda erant, virgulam interposui, ut O. VII, 78. 88; XIII, 105. Potuissem plura hoc genus novare, ut in illo P. IV, 194 sqq. . . . Ζῆνα, καὶ ὠκυπόρους
κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ' ἐκάλει, νύκτας τε, καὶ πόντου κελεύθους,
ἄματά τ' εὔφρονα, καὶ φιλίαν νόστοιο μοῖραν.

*) Nam esse etiam asyndetis locum in his legitimum uno exemplo allato manifestum erit — P. II, 42 sq.:

ἄνευ ϝοι Χαρίτων τέκεν γόνον ὑπερφίαλον,
μόνα καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀνδράσι γερασφόρον οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις.

ubi tres partes sunt ἀσυνδέτως compositae, quarum secunda et tertia subdivisa est in bina membra Cf. P. IX, 63 sqq.; N. III, 72 sq.; fr. 63, 2.

ubi nulla videtur esse subdivisio nisi in *κυμάτων ἀνέμων τε*. Nam cum *νύκτας τε καὶ πόντου κελεύθους* per se possit esse *ἓν διὰ δυοῖν*, id hoc loco ob asyndeton in medio recensu incommodum est. Pindarus in talibus polysyndeti amantissimus est. At satis excursum esto.

Regredienti ad O. XIV et aequabilem adiectivorum per *τε καί* iunctorum naturam reputanti coniectura Hermanniana *τά τε τερπνά καὶ τὰ γλυκέα* „et iucunda et dulcia" quam alioqui palmariam censeas minus probabilis esse videbitur. Ipse non sine causa (1817) *γε* pro *τε* scripsit, quamquam postea (1847) ad *τε* recurrit. Illud *γε* et per se appositissimum est et eo magis aptum erit cum *γάρ* expuleris. Sed Sch. videtur comprobare *τε καί*. Legitur in B *μεθ' ὑμῶν γάρ, ὦ χάριτες, τὰ ἐπιτερπῆ τε καὶ ἡδέα γίνεται καὶ συμβαίνει τοῖς ἀνδράσι, καὶ εἴτε* (lege *εἴ τις*?) *σοφός, ὡς ὅμηρος, δι' ὑμᾶς πᾶσι διαμόνιμος διαπαντός. ἀγλαὸς δὲ νῦν ὁ ἀνδρεῖος. αἱ γὰρ τρεῖς ἀρεταὶ δι' ὑμᾶς**), *ἡ σοφία, τὸ κάλλος, ἡ ἀνδρεία.* In hoc Sch. si *τε* non cum proximo *καὶ* sed cum insequenti *καὶ εἴτε* consociandum est, hoc ait Sch. „Vestra ope, gratiae, non solum omnia iucunda et dulcia hominibus eveniunt, sed etiam si quis sapiens est poeta ad instar Homeri vestra causa immortalis est." Quamobrem non sine causa Bg. *κεἰ σοφός* scripsit, ut prius *τε* huic *καί* responderet. Tamen cum neutra particula in mss. inveniatur, tenuibus particulae *τε* vestigiis exceptis, illud *τε — καί* a Scholiasta explanandi causa additum esse puto. Atqui videntur istae particulae satis esse prosaicae.

7 *τις* quod tertio membro insertum est, pertinet etiam ad utrumque praegressum, ut *ἀπό* N. III, 84 et *ἐς* O. VIII, 47. Cf. notas ad O. I, 104; VII, 51.; — et *τις* in priore membrorum duorum omissum P. IX, 93.

8 Hm.[3] etiam *οὐδὲ γὰρ δίχα σεμνᾶν Χαρίτων θεοί* proponit. Ex Sch. de *οὐδὲ* s. *οὔτε* nihil apparet, sed possit quis ex Sch. B *οὔτε δαῖτας, ἀντὶ τοῦ· οὔτε τῶν εὐωχιῶν καὶ θυσιῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ πάντων, π[ροστατ]οῦσι καὶ κρατοῦσιν αἱ Χάριτες* suspicari, vitium in *θεοί* latere (*θεοσέπτων, περισεμνᾶν, ποτὶ σεμνᾶν*) ut ea quae ante *ἀλλά* leguntur, ad h o m i n u m saltationes atque epulas pertineant. Aldina et 7 mss. (ΘΛΣ*ano o'*) *ἐν οὐρανῷ* cum sqq. consociant.

---

*) Pro his *αἱ γὰρ ἐπιχαρεῖς δι' ὑμᾶς* supra ante *πᾶσι* inculcant deteriores libri, iidem *διαμόνιμοι* scribunt. Perperam.

9 Vide ad Metr. — Sch. B Ro. Κοιρανέοντι χόρους. ἤ, τοι ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντι τοὺς χορούς, ἢ βασιλεύουσι τῶν χορῶν κτλ. ubi ἔχουσι est in [G? U? T?] Bö. ed.

12 sqq. De x^b (quod Z signandum erat) cf. Praef. p. XX sq.

13 In paraphr. Sch. Vet. ὦ legitur.

14 Sch. B[1] (paraphr.) κρατίστου confirmat (294, 5). Corruptum videtur esse Sch. B[2] (294, 16) οὐχ' ὅτι κρατίστους ἔχουσι παῖδας, ἀλλ' ὅτι αὗται (ita) κράτισται παῖδές εἰσι· νέαι γάρ· αἱ κράτισται τῶν παίδων τῶν κρατίστων θεῶν . . . . (charta periit), ubi extrema in [U] ed. παίδων τῶν θεῶν. ἢ τῶν κρατίστων θεῶν.

15 Sch. Vet. 294, 18 sq. omissionem verbi γίνεσθε confirmat. Accepi tamen Bergkii coniecturam.

17 De Λυδῷ vide ad Metr. Hm.[1] recte comparat Σκύθην οἶμον Aesch. Pr. 2 possuntque hoc genus multa apud poetas inveniri ut τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν O. VII, 92; ποίᾳ Παρνασίδι Δωριεῖ τε κώμῳ P. VIII, 20. Cf. Ma. § 429, 4. Lo. ad Ai. 1188. Contrarium vide O. VII, 89; id multo rarius est.

17 Recedo nunc ad Ἀσώπιχον. Vide ad Inscr.

17 sq. De hoc ἐν, quod ad instrumentorum musicorum sonum vocem quasi amplexum refertur, vide O. II, 63 et Rh. XVIII, 304. Exempla Pindarica septem reperi: O. V, 19; VII, 12; P. II, 69; V, 97; N. III, 79; I. IV, 27; etsi his ft. non adnumerandum est quartum P. V, 97 ut nec O. VI, 7. — Amplificata imagine et ad abstractiora translata μελέται quoque cantores cingere dicuntur. Est quasi ἓν διὰ δυοῖν, nam „meditatio" ad carmen Lydio modo componendum refertur. Ideo tamen non credo Λυδίαις ipsum subaudiendum esse.

18 De Vaticano secundo (non tertio), nostro B, non accurate retulit Bg.[2] — Habet ille liber τὲ in textu, omittit particulam in lemmate; de hoc tantum loquitur Reslerus in Ph. IV, 526.

19 Determinatio formarum ἕνεκα(κεν), εἵνεκα(κεν), οὕνεκα(κεν), τοὔνεκα(κεν) satis difficilis est. Quaeritur de tribus: de exitu harum vocum, de initio et spiritu, de vi et intelligentia syntactica. Tredecim loci Pindarici in censum veniunt.

Terminationibus κα(κ') et κεν poeta ut libet pro necessitate numerorum utitur. Ubi brevi opus est, ponitur κα ante consonas (O. II, 5; I. VII, 17), κεν ante vocales (P. IX, 93; N. IX, 36). In elisione bis κ' habemus O. XIV, 19 et N. IV, 20; nam κεν quod illic duo Thomani, hic omnes vett. mss. (et Sch.) praestant, a

metro redarguitur. Verum ubi tertia syllaba longa est sequente consona, κεν bis in omnibus codicibus invenitur N. VI, 35 et I. VII, 33, sed fluctuant mss. inter κα, κε, κεν O. I, 99, et si recte iudicaverunt Byzantii κα ante πρ positionem facit O. I, 65 in τοὔνεκα προῆκαν, nam in omnibus non interpolatis τοὔνεκα(κά) οἱ προῆκαν invito metro legimus. Porro in clausula versiculi, altero versu a simplici consona incipiente, ter κεν in plurimis, κε in perpaucis sed bonis libris inventum est, dico O. XI, 12 in BDEF; N. III, 83 in B; N. X, 3 in D. Clausula rhetorica, sequente interpunctione plenissima, post κεν est in locis supra memoratis O. I, 99 et N. VI, 35; quorum prior κα exhibet in BR*n*, κε in ẠEFQVXZ[ac]Ị, κεν in [A]CDNOU etc. Possis igitur suspicari, codicum BDEF auctoritati fidem habens, cum in clausula κε tum in positione ante duplicem consonam O. I, 65 τοὔνεκε προῆκαν scribendum esse, ut in eodem Vaticano (B) ὅθε σπέρματος legitur O. II, 46; μιδέαθε στρατὸν O. X, 66; et in IVXZ πρόσθε πτερὰ P. IX, 125. At Vaticanus in his indeclinabilibus, quae proschematismum patiuntur, ad omittendum νῦ paragogicum inclinat ubi hac litera ad positionem faciendam opus est. Velut in Vaticano leguntur τηλόθε (O. I, 94 cum aliis), πεδόθε (O. VII, 65 in clausula), ἕκαθε (O. X, 7 cum optimis AE), θεόθε (O. XII, 8 in clausula), πρόσθε (I. III, 89 cum D), ubi metro requiruntur τηλόθεν, πεδόθεν, ἕκαθεν, θεόθεν, πρόσθεν; ut P. IX, 125 (πρόσθεν), I. III, 79 (ὕπερθεν), ubi alii codices θε pro θεν exhibent. E contrario idem Vaticanus aliquoties νῦ male addit, ut habet ille cum aliis multis ἀντρόθεν (P. IV, 102); τηλόθεν (N. III, 81), Σικυωνόθεν (N. IX, 1; X, 43); ματρόθεν (I. III, 17), quemadmodum alii mss. ἀπάτερθεν (O. VII, 78), πρόσθεν (O. X, 31), πάροιθεν (P. II, 60), πρώραθεν (P. X, 52), ὄπισθεν (fr. 261), ubi metrica ratio ἄντροθε, τηλόθε etc. postulat. Atqui omissio consonae paragogicae cum in talibus exceptionis, epectasis vero regulae esset; ad male addendum quam ad perperam omittendum librarii procliviores erant. Nihilominus in clausulis versuum atque in positione ante σπ, στ, πτ, ζ etc. νῦ illud a Pindaro non abiectum fuisse fidem faciunt cum Ambrosiani*) aliorumque codicum auctoritas O. II, 46; VII, 65; IX, 19; X, 66; XII, 8; P. IX, 125; tum consensus omnium mss. in clausulis ante consonas simplices P. III, 52; VIII, 81; I. IV, 38; ante duplices P. IV, 192.

---

*) Ambrosianus semel tantum in hoc mendorum genus incidit: O. X, 7.

et N. III, 64; in positione ante στ I. III, 30; — denique quod in ipso Vaticano O. IX, 19 ὅθε̄ στεφάνων et P. IX, 125 πρόσθε̄ πτερά ambigua sunt utrum apex nasali quae dicitur terminationi signandae ut vel in antiquissimis libris usu venire notum est; an productioni indicandae inserviat, ut in aliis huius libri locis quos attigi in Sch. Germ. p. XXIII. Debet autem apex in his, ut videtur, de nasali accipi, nam est etiam ante simplicem consonam in lemmate eiusdem Vaticani πρόσθε̄ κυβερνατῆρος I. III, 89, ubi in textu πρόσθε legitur. Omissio igitur vitii causa fuit. — Licet autem scribendum esset ὅθε στεφάνων, ὅθε σπέρματος, πρόσθε πτερά etc., hinc minime consequeretur etiam τοὔνεκε προῆκαν, ἕνεκε | κόσμον etc. Pindarica fuisse. Lobeckius recte dicit (Path. 2, 155) formam ἕνεκε (de qua vide Steph. Thes.) non eam habere antiquitatis speciem ut hinc ἕνεκεν ortum videri possit. Nec si ἕνεκε in illis poeta voluisset, causa fuisset, cur O. II, 5 et I. VII, 17 eadem forma uti noluisset. — Similius quidem veri esset O. I, 65 τοὔνεκεν προῆκαν scribere ut P. IV, 192 ὕπερθεν | χρυσέαν et I. III, 30 οἴκοθεν στάλαισιν, si ἕνεκα et ἕνεκεν eandem cum istis proschematisticis legem sequi sciremus.*) Sed Homericus usus (Il. α, 574; θ, 428; π, 18; υ, 21; φ, 380. 463) ἕνεκα in positione ante duplicem consonam tenet et videtur Byzantiorum iudicium de O. I, 65 comprobare. De exitu versus ex Homero iudicare non possumus, quoniam clausula hexametri heroici has voces non admittit.

Quod ad collocationem praepositionis attinet, nota Pindarum nunquam ἕνεκα(εν) primo loco posuisse, sed ἕκατι passim; e contrario Homerum ἕνεκα quidem praeposuisse genitivis aliquoties: Il. α, 94. 574; Od. λ, 549; ο, 344, sed ἕκατι (quod ter in Odyssea sed non in Iliade legitur) non item.

De spiritu voci οὕνεκα praefigendo non video ullam dubitationem motam esse. At psilosin mei tantum non omnes optimi codices exhibent. Vaticanus (B) ubicunque exstat οὕνεκ' et οὕνεκεν scribit: O. XIV, 19 cum duodecim aliis; P. IX, 93 cum septem optimis cumque Romana; N. IV, 20 et IX, 36 cum gemino Au-

*) Sic ἕνεκεν ξυνήν Orph. Arg. 95 libri nonnulli, et plerique 830 κέρδους ἕνεκεν σφετέροιο; Orac. Sib. p. 597 ed. Gall. τοῦ δ' ἕνεκεν στενόβουλε quos locos subministravit Thesaurus. — De Atticorum usu vide Lo. Path. 2, 174 ubi assentitur Dindorfio in fine senarii οὕνεκα (non οὕνεκεν), vel proximo versu a vocali incipiente, scribi iubenti.

gustano et Mediceo, addicente Romana et consensu Scholiastae. Parisinus (C) in solo hoc loco (in rell. non exstat C) et Mediceus (D) ubique οὔν. habent, etiam I. VII, 17, ubi periit Vaticanus. Genus Parisino-Venetorum (V etc.) et Byzantii ubique asperum exhibent, in hoc loco O. XIV, 9 cum aliquot melioribus auctoribus ut ENT. Omnes autem loci extra ambitum codicis Ambrosiani inveniuntur. — Quin pro τοὔνεκα O. I, 65 in μ'ν' (Triclinianis) ubi lemma Scholii Recentis (Moschopulei) affertur*), οὔνεκα legimus; porro εἵνεκεν I. VII, 33 in deteriore codice D̲ et in Aldina, denique O. XI, 12 ἕνεκεν in C et ἕνεκε in E[pc]. — Scimus apud Atticos poetas οὕνεκα passim pro ἕνεκα usurpari, quod, si vere illa particula ex οὗ ἕνεκα composita est, non magis absurdum videtur esse quam psilosis coniunctionis in codicibus Pindaricis obvia. — Auget confusionem quod I. VII, 33 contra grammaticorum praecepta (vide Steph. Thes.) εἵνεκεν pro ὅτι „quod" videmus esse usurpatum. — Denique οὕνεκεν P. IX, 93 demonstrative accepit Scholiasta Vet. (διό) et Tricl. gl. (διὰ τοῦτο), quod in τοὔνεκεν mutare Bergkio visum est.**)

Quarum et formae et notionis vicissitudinum explanandarum video viam triplicem.

1. Ab Homerico usu proficiscendum est, ubi ἕνεκα et εἵνεκα praepositio non confunditur cum οὕνεκα coniunctione relativa, neque hoc cum τοὔνεκα demonstrativo, nisi ita ut „Quare" et similia Latina initio enunciatorum pro „Ideo" ponuntur: Il. ι, 505, ubi Eustathius οὕνεκα per διὰ τοῦτο ad sensum explicat; quam H. Stephani interpretationem unice veram et ad Pind. P. IX, 93 adhibendam esse (me non dissentiente) iudicant Editores Thesauri III, 1059. — Formae οὕνεκα et τοὔνεκα contractione ex οὗ ἕνεκα et τοῦ ἕνεκα ortae sunt, nec τοὔνεκα solum sed etiam οὕνεκα coronidem postulat. Apex in codd. Pindari non spiritus lenis est sed coronis; vide similem codicum fluctuationem de χὠπόσαι (χὡπ.), χὤ, τι (χὢ τι), χὠπόθεν (χὡπ.) P. IX, 46. — Quaecunque Homeri regulam migrant ut rationi repugnantia per abusum dicta sunt, et Attica

---

*) Hoc lemma nec Moschopuli est nec ipsius Triclinii, sed diasceuastarum generis compilati, de quibus dixi in Sch. Germ. p. XVIII.

**) Eadem est gl. Tricl. ad οὔνεκεν N. IX, 36 (Ln. „ergo") ubi Sch. Vet. recte ὅτι. Sch. O. XIV, 9 διότι; N. IV, 20 διὰ τί; ὅτι . . .; I. VII, 17 διὰ τοῦτο . . . ἐπειδή; ib. 33 non diserte particula a Sch. expressa est.

praepositio οὕνεκα (quae cum familiaris sermonis negligentia atque abundantia increbuisset ad novam coniunctionem simili contractione formandam [ὁθούνεκα] [1]) perduxit) et ἕνεκα (εἵνεκα) coniunctio relativa, in sex vel septem Pindari et poetarum Alexandrinorum locis [2]) obvia, quem abusum merito iam Apollonius Dyscolus in Callimacho aliisque reprehendit.

2. Οὕνεκα et τοὔνεκα non e contractione orta sunt sed ad correlativa pertinent, et sibi opponuntur ut ὄφρα et τόφρα, ἦμος et τῆμος, ἡνίκα et τηνίκα. Coronis igitur a τούνεκα aliena est. Hanc veterum quorundam grammaticorum et Lobeckii [3]) sententiam multa sunt quae commendent. Nulla enim causa apparet cur in his tantum contractio fiat nec in σοὔνεκα, μοὔνεκα aliisque aeque usitata sit; porro cur Homerus, qui σεῦ ἕνεκ' et Ἀλεξάνδρου ἕνεκ' plus semel dixit, τοῦ ἕνεκ' et οὗ ἕνεκ' pro τοὔνεκεν et οὕνεκεν dicere noluerit, curque solutae formae ut οὗ εἵνεκα, τοῦ εἵνεκεν non inveniantur. Deinde si contractio esset, θοὔνεκα potius ut in φροίμιον, θἀτέρου etc. dicendum fuisset. Pindarici autem mss. in χὤτι etc. P. IX, 46. 48 non lenem spiritum (coronidem), sed aut duplicem, aut unum asperum habent; igitur in οὕνεκα coronidem sic signasse non videntur. E contrario ut in ὄφρα et ἦμος ita in οὔνεκα relativum leni spiritu uti potuit. — Haec ratio formam melius videtur explicare, sed abusum syntacticum non tangit.

3. Formae ϝένεκα, ἕνεκα, ἕννεκα, εἵνεκα, οὕνεκα (οὔνεκα) [4]) dialectice tantum diversae sunt, primitus eiusdem valoris adverbia fuerunt, fortasse accusativi obsoleti ut προῖκα [5]) una cum αὐτίκα et ἡνίκα. Iam, ut fit in huiuscemodi formarum vicissitudine, aliae alium in usum conversae sunt. Gravissimo tono utebatur adverbium cum in relativae coniunctionis naturam cederet, levissimo cum praepositionis speciem indueret. Relativa autem potestate ad οὕνεκα astricta inde (non ex οὔνεκα) sive analogiâ sive compositione (id iam perinde videtur esse) ortum est demonstrativum τούνεκα s. τοὔνεκα. Verum in aliis dialectis antiquae parilitatis memoria re-

---

[1]) Semel apud Aesch. Pr. 330; apud Sophoclem et Eurip. saepius.

[2]) Addo e Lex. quosdam mss. Aesch. Prom. 345; Suppl. 185; — Arist. Pac. 210; Lys. 74; — ft. etiam Dem. 59, 39.

[3]) Aglaoph. p. 498; ad Soph. Ai. 123.

[4]) Ft. ϝένεκα in ϝόνεκα transiit, ut dialectica sunt Κόρκυρα, ὀρράτω; inde οὔνεκα (οὗνεκα) factum ut μοῦνος.

[5]) Ht. Cas. p. 48; Kühner Gr. Gr. § 365, 3.

sedit. Non solum adverbialis s. casus natura primitiva passim elucet*), sed etiam εἵνεκα et ἕνεκα aliquoties ad sententias connectendas provecta et gravissima forma οὕνεκα apud Atticos passim ad praepositionis munus depressa non magis vitia sermonis lumine ac ratione cassa quam incultae originis vestigia esse videbuntur, familiari sermone servata.**)

Videant doctiores. Interim φιλότητα vocis optime apud Pindarum testatam respuere nolui.

19 Vix fortuito tot bonos libros in ᾰ et proparoxytono Μινύεια consentire putaverim. Est quidem solum certius exemplum Κύκνειᾰ O. X, 15, ut et Πέλλανα O. XIII, 105; VII, 90.; reliqua ambigua sunt. Cf. O. I, 89; VI, 62; XIII, 7. 33; XIV, 9. Cf. Λακέρειαν P. III, 34. et similia ad O. XIII, 78 allata.

20 Cf. ἄνευ ϝοι P. II, 42; εὖ ϝείπῃ I. III, 59; ft. εὖ ϝοῖδ' N. IV, 43; εὐϝαχέα, εὐϝεργέταν etc.; οὔ ϝοι P. II, 83; σεῦ ϝέκεκ' Hom. Il. γ, 206; cf. ζ, 356; ω, 28. Hinc sonum σεῦ ϝέκατι Pindaro acceptum fuisse existimo. Parechesis, inter ου, ευ et digamma admissa, similis est ei de qua ad O. IX, 16 dictum est.

20 21 De μελαντειχέα et ἐλθέ vide ad Metr.

22 Vaticanam scripturam ἀγγελίαν Κλεοδάμῳ, ὄφρ' ἰδοῖσ' non repudiaverim ob correptam in thesi trochaica longam vocalem ante vocalem. Vide ad vs. 2 et 17. Commodior est verborum constructio si πατρὶ Κλεοδάμῳ coniungitur, quam vulgata „Fer patri nuntium, ut, si Cleodamum videris, dicas ..." Nam „pater" et „Cleodamus" unus et idem homo est. Exoritur autem, probata lectione Vaticani, altera ambiguitas, utrum ad ἰδοῖσ' subaudias Κλεόδαμον, ut sit „postquam occurristi ei", an ἰδοῖσ' (quod facilius est) cum υἱόν coniungas, ut Echo testis ocularis victoriarum dicatur fuisse: „ut spectato filii certamine edocta dicas (patri), eum (filium) vicisse." Hoc satis concinnum videtur esse. Sch. Vet. (294, 37)

---

*) Ut in ἀμφὶ σοὔνεκα Soph. Ph. 554, quod nostro „von meinetwegen" (familiari sermone quo utimur) respondet.

**) Lo. Path. 2, 350 vs. Arist. Eccles. 658 affert, ubi interroganti cuidam τοῦ γάρ, τάλαν, οὕνεκ' ἔσονται; respondet alter πολλῶν ἕνεκεν, πρῶτον δ' ἑνὸς εἵνεκα δήπου, nihilque mutandum esse dicit, etsi causa disparilitatis appareat nulla. Recte. — Theocriti οὕνεκα(ὥνεκα) semel XI, 28 (30) praepositionis vice fungitur, sed ὁθούνεκα(εν) XXV, 76. 140 (bis) in Pseudo-Theocriteis tantum legitur. — De Homerico usu vide Nitzsch ad Od. α, 60; ε, 216. de Sophocleo Ellendt in Lex.

non diserte exprimit Κλεόδαμον ἰδοῖσ', sed cum hac lectione conciliari potest; Rec. Mosch. (295, 5) et disertius etiam Thom. Tricl. (ib. 14 sqq.) accusativum Κλεόδαμον confirmant. Posset is a metrico videri illatus esse, nisi vulgata quandam ingeniosae audaciae speciem haberet, quam in hoc potissimum carmine ob unius Vaticani scripturam removere non ausus sum. — Oblitus sum in notis dicere Hm.[3] ὄφρα ἰδοῖσα cum Schmidio ad Homerici sermonis normam plene scripsisse, praesertim cum modo praecesserit ἐρασίμολπε ἰδοῖσα, ideoque vs. 10 emendasse ἐπουρανίων. — De attractione υἱὸν εἴπῃς, ὅτι . . . vide Ma. Gr. Gr. § 416, β, annot. 1. et ad N. IV, 16.

22 In H est νέαν et supra γρ. νέαν ἀντὶ τοῦ νέον. Νέον „nuper“ prosae quidem melius conveniat; nobis poeticum illud νέαν . . . χαίταν, quod postremam sententiam optime utrinque terminat, utique tenendum est. Agnoscit idem Sch. Vet. 295, 1; nam verba καὶ νεώτερον ὄντα ἐν τῇ ἐνδοξοτάτῃ Ὀλυμπίᾳ ἐστέφθαι τοῖς τῆς ἀθλήσεως στέμμασι τὰς κόμας τὰς νεωτέρας αὐτοῦ· ἀπὸ μέρους δὲ τὸ τῆς ἡλικιας νέον λέγει. (nisi conciliationem scripturarum νέον et νέαν continent, ut ad P. I, 93; II, 14; XI, 23), hoc sibi volunt: „poeta, comam tantum iuvenilem appellans, teneram pueri aetatem significat, ut pars sit pro toto.“ Cf. P. XI, 35 et ibi Sch. — Femininum νέος a Pindarico adiectivorum usu alienius et h. l., ut ambiguum, minus aptum.

23 In Schemate Bö. (et nostro si operae paruissent) vs. 11 est – ⏒́ ⏑ – – ⏑́ ⏑ –; Hm. voluit esse – –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – fortasse recte, ut prima in Ἀπόλλωνα producatur.

24 Mirabilia de hoc carmine (quod Goethio nostro, Herdero aliisque in deliciis fuit) nuper protulit Leopoldus Schmidt. Nobis semper odarium lautum, tersum supraque quam dici potest elegans et rotundum visum est. Contrarium vir ille doctus sensit. Videtur sibi videre poetam si hoc odarium integrum carmen esse voluisset in amoeno Gratiarum horto iusto diutius ambulantem „pensi“ male memorem fuisse. Scilicet „pensum“ eius fuisse Asopichum laudare, peccasse igitur quod nihil de eo explicatius dixerit. Potuisse quidem hanc brevissimam odam alterius maioris esse praenuntiam, ut de O. XI creditum est. Sed ne huic quidem coniecturae satis congruere Gratiarum invocationem, nec vs. 18 ἀείσων scriptum esse sed ἀείδων. Non perfectam esse clausulam carminis, desiderari enim subiectum verbi activi ἐστεφάνωσε pro quo poeta

si id ad victorem redire voluisset mediam formam scripsisset. Imaginem quoque de alis certaminum desumptam obscuram esse ut explicatione aegre careat. Denique metrum Pythicae secundae simile et ad longius carmen appositissimum esse. Esse igitur fragmentum. — Liceat unum refellere quod aliquam veri speciem habet. Poeta de corona, quam sibi ipse victor imponit, plerumque media forma στεφανοῦσθαι et ἀναδεῖσθαι utitur, sed rarius etiam activa. Ut loci στεφάνωμα πέμπεν ἀναδεῖσθαι σελίνοις (I. II, 16), ἀνδησάμενος κόμαν ἐν ἔρνεσιν (N. XI, 28), ἀνδησάμενοι θαμάκις ἔρνεσιν χαίτας (I. I, 28) non impediunt quin δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κόμας ἀναδήσαντες εἰλαπινάζοισιν εὐφρόνως (P. X, 40) et ἀείσομαι χαίταν στεφάνοισιν ἁρμόσαις (I. VI, 39) dicat, ita quod quinquies medio στεφανώσασθαι utitur non intercedit quin semel activo utatur. Omnino reflexiva et reciproca quae dicuntur notiones saepissime aliis vocibus exprimuntur cum verbo activo. Compara ἐν φρασὶ πάξαιτο (N. III, 62): ἀλλαλοφόνους ἐπάξοντο λόγχας ἐνὶ σφίσιν αὐτοῖς (fr. 137); θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν (P. IV, 295) cum ἐνέπαξαν ἕλκος ἑᾷ καρδίᾳ (P. II, 91); ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος (N. VII, 26); ἰαίνει καρδίαν (P. I, 11); λαοτρόφον αἰτέων τιμάν τιν' ἑᾷ κεφαλᾷ (O. VI, 60); ἀταρβεῖ νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ (P. IX, 31); διδοῖ ψᾶφον περ' αὐτᾶς (P. IV, 265) et innumera alia. Nam multae locutiones ad eundem intellectum pertinent, ut multae viae Romam. Perversam artis poeticae imaginem sibi informant qui unam tantum vel vocem vel locutionem uni loco aptam esse opinantur, magis etiam perversam humanae facultatis artisque criticae qui hanc vocabulorum proprietatem a magistellis undevicesimi post Christum natum saeculi sic indagari posse arbitrantur, ut, cum plurima poetae dicere licuerit, nunc nihil nisi hoc vel illud „debuerit“ vel „potuerit“ dicere. Miror hercle aestheticos viros qui haec sibi usus observatione, artis iudicio, aurium terminatione videntur exputare posse. Navigant in mari omnium maxime turbido ut periculum sit ne cum suis quisque oraculis demergatur. Quod ne in nostris quidem poetis efficere licet. Fallimur enim sensu pulchri, quem carmina illa nocturna versata manu versata diurna excoluerunt, ut ne minimam quidem particulam nobis eripi patiamur traditaque una cum vitiis manifestis ut pulcherrima persentiscamus. Sin poetam ipsum modestiorem suis consulueris, is hoc vocabulum ob causam urbis incognitam et incredibilem positum, illud a se ipso (fortasse in peius) mutatum, tertium (quod admirati sumus) operarum vitio ortum esse ostendet. — Quod si

fallax est in nostra ipsorum lingua pulchri iudicium, quanto hoc in peregrina ac vetere fallacius. Quanto cautiores debemus esse in reprehendendis eis quae tradita accepimus! quanto tenaciores bonorum quae habemus in eisque exquirendis et intelligendis diligentiores! quanto in artem nesciendi propensiores! — Sin de huius odarii laudibus falsi sumus, cum Volgango Goethio errasse non pigebit.

Terminantur hac oda codices fere quinquaginta, dico unus vetustorum (N), Thomanorum familia secunda et tertia, Moschopuleorum familia altera numerosissima, Triclinianorum tertia. De singulis vide recensum codicum in Praefatione.

BEROLINI APUD WEIDMANNOS (I. REIMER)

TYPIS CAROLI SCHULTZII

LGr
P648M

353332

Pindar
Carmina; ed. by Mommsen. Vol.2.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED